Locutus est dominus ad moysen: dicens. Loquere ad filios israel. et dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram habitationis vestre quā ego dabo vobis et feceritis oblationē domio in holocaustum. aut victimam pacificam vota soluetes. vel sponte offerentes munera. aut in solēnitatibus uestris adolentes odorem suauitatis dño de bobus siue de ouibus offeret quicūq̄ imolauerit victimam. sacrificiū simile decimā partem ep̄bi cōpersam oleo. quod mensuram habebit quartam partem bin. et vinum ad liba fundenda eiusdem mēsure dabit i holocaustū siue in victimam. Per agnos singulos et arietes erit sacrificiū. simile duarum decimarū que cōpersa sit oleo tertie partis bin. et vinū ad libamentum tertie partis eiusdem mēsure offeret in odorem suauitatis dño. Quā vero de bob' fecerit holocaustū aut hostiā ut impleas votum vel pacificas victimas. dabis p̄ singulos boues simile tres decimas cōperse oleo qd̄ habeat mediū mēsure bin. et vinum ad liba fundenda eiusdem mēsure in oblationem suauis simi odoris dño. Sic facies p̄ singulos boues et arietes et agnos et bedos. tam indigene q̄ peregrini: eodez ritu offerent sacrificia. Unus preceptum erit atq̄ iudiciū tam vobis q̄ aduenis terre. Locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere filiis israel et dices ad eos. Cum ueneritis in terram quam dabo vobis et comederitis de panibus regionis illius. sepabitis primitias dño de cibis uestris. Sicut de arcis primitias separabitis: ita et de pulmentis dabit primitia dño. q̄ si per ignorantiam p̄terieritis quicūq̄ horum que locutus est dñs ad moysen. et mandabit p̄ euz ad vos. a die q̄ cepit iudicare et ultra oblitaq̄ fuerit facere multitudo. offeret vitulū de armēto holocaustū in odorem suauissimū dño. et sacrificiū ei. ac liba ut cerimonie postulant. bircūq̄ pro pctō. et rogabit sacerdos p̄ oī multitudie filioꝝ isrl. et dimittet eis qm̄ nō spōte peccauerūt. nichilominus offerentes incensum dño. p̄ se et p̄ pctō atq̄ errore suo. et dimittet vniuerse plebi filioꝝ israel et aduenis q̄ pegrinans int̄ eos. qm̄ culpa est oīs ppli p̄ ignorantia. q̄ si aīa vna nesciēs peccaue

rit: offeret caprā amniculā p̄ pctō suo: et deprecabitur p̄ ea sacerdos q̄ inscia peccauerit coram dño. impetrabitq̄ ei veniā: et dimittet illi. Laz indigenis q̄ aduenis vna let erit. oīm q̄ peccauerint ignorantes. Anima vero q̄ per superbiā am aliqd̄ cōmiserit siue ciuis sit ille siue pegrinus. qm̄ aduersus dñm rebellis fuit. p̄bit de pplō suo. Verbum em̄ dñi cōtempnit et p̄ceptū illius fecit irritū. idcirco delectur. et portabit iniquitatem suā. Factū est autē cū essent filij israel in solitudine et inuenissent boiem colligētem ligna in die sabbati obtulerunt eū moysi et aaron et vniuerse multitudini. Qui recuserunt eum in carcerē. nescientes qd̄ sup̄ eo facere deberent. Dixitq̄ dñs ad moysen. Morte moriatur homo iste: obruat eū lapidibus omnis turba extra castra. Cūq̄ edurissent eū foras. obruerunt eum lapidibus et mortu' est: sicut p̄ceperat dñs. Dixitq̄ dñs ad moysē. Loquere filiis israel: et dices ad eos ut faciant sibi fimbrias p̄ angulos quattuor pallioꝝ. ponentes in eis vitas byacintbinas. Quas cū viderint recordentur omniū mandatoꝝ dñi. nec sequantur cogitationes suas et oculos per res varias fornicantes: sed magis memores preceptoꝝ dñi faciāt ea: sintq̄ sancti deo suo. Ego dñs deus vester: qui eduxi vos de terra egypti. ut essem deus vester.

¶ De pena scismatis. Dathan et Abirō de thuribulis allatis ignis deuorat vel viros qui offerebant sacrificia et alia. **La. XVI**

Ecce autē chore filius isuar filij caath filij leui. et dathan atq̄ abiron filij eli abbon q̄ filius pheleph de filiis ruben. surrexerunt cōtra moysen. alijq̄ filioꝝ israel ducenti quinquaginta viri. p̄ceres synagoge. et qui tempore concilij p̄ noīa vocabantur. Cūq̄ stetit aduersum moysen et aaron: dixerunt. Sufficiat vobis: qz oīs multitudo sanctorū est et in ipsis est dñs. Cur eleuāmini sup̄ pplm̄ dñi? Ad cū audisset moyses. cecidit pronus in faciem. locutusq̄ ad chore et ad omnem multitudinē: mane inquit notū faciet dñs qui ad se pertineāt. et sanctos applicabit sibi: et quos elegerit appropinquabit ei. Hoc igitur facite. Tollat vnusquisq̄ thuribula sua. tu chore et omne concilium tuū et hausto cras igne ponite desuper thymiama coram domio. et quēcūq̄ elegerit ipse erit sanctus. Multis erigimini filij leui. Dixitq̄ rursus ad chore. Audite filij leui. Num parum vobis est q̄ separauit vos deus israel ab omni populo: et iunxit sibi ut seruiretis ei in cultu tabernaculi et staretis corā frequentia populi et ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te et omnes frēs tuos filios leui. ut vobis etiam sacerdotiū vēdicetis. et omnis globus tuus stet contra dominum. Quid est enim aaron ut murmuretis cōtra eū? Misit ergo moyses ut vocaret dathan et abiron filios eliab. Qui responderunt. Non

venim⁹. Nunquid parū est tibi q̄ eduxisti nos de terra egypti q̄ lacte ⁊ melle manabat vt oc cīderes ī deserto. nisi ⁊ dñar⁹ fuer⁹ nostri? IRe uera induxisti nos in terras q̄ fluit riuus lactis et mellis. ⁊ dedisti nobis possessiones agrorū ⁊ vinearū. An ⁊ oculos nostros vis eruere? Non venimus. Iratusq̄ moyses valde: ait ad dñm. Ne respicias sacrificia eorū. Tu scis q̄ nec asel lū q̄dēvq̄ acceperī ab eis. nec affliverim quē piam eorum. Dixitq̄ ad chore. Tu ⁊ oīs cōgre gatio tua stete seorsum coras dño: ⁊ aaron die craftino separati. Tollite singulī thuribula ves tra. ⁊ ponite sup ea incensum: offerentes dño ducenta q̄nquaginta thuribula. aaron q̄ tene at thuribulū suū. Qd̄ cū fecissent stantib⁹ moy se et aaron ⁊ coaceruassent aduersum eos om nem multitudinem ad ostium tabernaculi. ap paruit cūct⁹ gloria dñi. Locutusq̄ dñs ad moy sen ⁊ aaron ait. Separamini de medio cōgre gationis hui⁹. vt eos repente disperdam. Qui ceciderūt p̄ni in faciē atq̄ dixerūt. Fortissime deus spiritū vniuerse carnis. nū vno peccāte. contra omnes ira tua defecit? Et ait dñs ad moysen. Precipe vniuerso pp̄lo vt separet a ta bernaculis chore ⁊ datban ⁊ abiron. Surrexit q̄ moyses ⁊ abiit ad datban ⁊ abiron. ⁊ sequē tib⁹ eum senioribus israel. dixit ad turbam. Recedite a tabernaculis impiorū. ⁊ nolite tan gere que ad eos p̄tinent ne inuoluamini ī pec catis eorū. Cūq̄ recessissent a tentorijs eorū per circuitus: datban ⁊ abiron egressi stabant in in troitu papilionum suarū cū vxoribus ⁊ liberis oīq̄ frequentia. Et ait moyses. In hoc scietis q̄ dñs miserit me vt facerem vniuersa q̄ cerni tis. ⁊ nō et pp̄rio ea corde ptulerim. Si cōsue ta hominū morte interierint ⁊ visitauerit eos plaga qua et ceteri visitari solent nō misit me dñs. Sin autē nouas rem fecerit dñs: vt aperi ens terra os suū deglutiat eos ⁊ omia q̄ ad il los p̄tinent: descendentq̄ viuentes in infer num. scietis q̄ blasphemauerint dñm. Confes tim igit vt cessauit loqui diruta est terra sub pedibus eorū. ⁊ aperiēs os suū deuorauit illos cū tabernaculis suis ⁊ vniuersa substātia eorū. Descenderuntq̄ vni in infernum operti humo et perierunt de medio multitudinis. At vero omnis israel qui stabat per gyrum fugit a clamore pereūtiū dicēs. Ne forte ⁊ nos ter ra deglutiat. Sed ⁊ ignis egressus a dño inē fecit ducentos q̄nquaginta viros q̄ offerebāt incensum. Locutusq̄ est dñs ad moysen dicēs Precipe eleazaro filio aarō sacerdoti vt tollat thuribula q̄ iacent in incendio. ⁊ ignem huc il lucq̄ dispergat: quoniam sanctificata sunt in moribus peccatorū. p̄ducats ea in lamīnas. ⁊ affigat altari. eo q̄ oblatum sit in eis incen sum domino. et sanctificata sunt vt cernant ea p̄ signo ⁊ monumento filij israel. Tulit ergo eleazar sacerdos thuribula cnea. in quibus ob tulerant hī quos incendium deuorauit. ⁊ pdu xit ea in lamīnas affigens altari vt haberent

postea filij israel quibus cōmouerentur. ne q̄s accedat alienigena ⁊ qui non est de semine aaron ad offerendum incensum domino. ne pa tiatur sicut passus est chore et omis congrega tio eius loquente dño ad moysen. Durmura uit autē omnis multitudo filiorū israel sequen ti die cōtra moysen ⁊ aaron dicens. Vos inter fecistis pplm dñi. Cūq̄ oriretur seditio: ⁊ tu multus incretaret: moyses ⁊ aaron fugerunt ad tabernaculum federis. Qd̄ postq̄ ingressi sunt operuit nubes ⁊ apparuit gloria dñi. Dix itq̄ domin⁹ ad moysen. Recedite de medio huius multitudinis. etiā nunc delebo eos. Cū q̄ iacerēt in terra. dixit moyses ad aaron. Tol le thuribulum. ⁊ bausito igne de altari mitte in censum desuper pergens cito ad populū vt ro ges p̄ eis. Jā enim egressa est ira a dño. ⁊ pla ga defecit. Quod cū fecisset aarō ⁊ cucurrisset ad mediam multitudinem quā iam vastabat incendium obtulit thimiamā. ⁊ stans in⁹ mor tuos ac viuentes p̄ populo dep̄catus est ⁊ pla ga cessauit. Fuerunt autē qui percussi sunt q̄t tuordecim milia hominū ⁊ septingenti absq̄ bis qui perierant in seditione chore. Reuersus q̄ est aaron ad moysen ad ostium tabernaculi federis postq̄ quieuit interitus.

¶ L. S. De virga aaron q̄ floruit filij israel di cunt moysi cōsumpti sumus. ¶ La. XVII.

E Locut⁹ est domin⁹ ad moysen dicēs. Loquere ad filios israel. et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas a cunctis p̄ncipibus tribuū vir gas duodecim. ⁊ vnus cuiusq̄ nomen super scri bes virge sue. Nomen autē aaron erit in tribu leui: ⁊ vna virga cunctas eorū familias cōtine bit. Ponesq̄ eas in tabernaculo federis coram testimonio. vbi loquar ad te. Quē et bis ele ge ro germinabit virga ei⁹. et cobibebo a me que rimōnias filiorū israel. quibus contra vos mur murant. Locutusq̄ ē moyses ad filios israel. ⁊ dederunt ei omēs p̄ncipes virgas p̄ singulas tribus. Fuerūtq̄ virge duodecim absq̄ virga aaron. Quas cū posuisset moyses coras dño in tabernaculo testimonij sequenti die regressus inuenit germinasse virgam aaron in domo le ui. ⁊ turgentibus gemmis eruperant flores q̄ folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo moyses omēs virgas de conspe ctu domini ad cunctos filios israel: viderūtq̄ ⁊ receperunt singulī virgas suas. Dixitq̄ dñs ad moysen. IRefer virgam aaron in taberna culum testimonij: vt seruetur ibi in signum re bellium filiorū israel. et quiescant querele eorū a me ne moriantur. Fecitq̄ moyses sicut preceperat dominus. Dixerūt autem filij isra el ad moysen. Ecce consumpti sumus oēs peribimus. Quicunq̄ accedit ad tabernaculū do mini moritur. Num vsq̄ ad interitionem cūcti delendi sumus.

¶ L. S. De dignitate aaron ⁊ erubis leuitarū primitie sacerdotibus decime leuitis assi.

B

S. co.

Sap. xviij. d

A

B

L

D

1. Reg. x. f

gnantur et reddunt leuite decimam decime aarō.

A

Dixitque dominus ad aarō. Tu et filii tui et domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarii. et tu et filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotum vestri. Sed et fratres tuos de tribu leui: et scepro patris tui sume tecum. p̄stosque sint et ministrēt tibi. Tu autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii. Excubabuntque leuite ad precepta tua et ad cuncta opera tabernaculi. ita duntaxat ut ad vasa sanctuarii et altare non accedat. ne et illi moriantur. et vos pereatis simul. Sint autem tecum et excubent in custodijs tabernaculi. et in omnibus ceremonijs eius. Alienigena non miscebit vobis. Excubate in custodia sanctuarii. et in ministerio altaris. ne orietur indignatio super filios israel. Ego dedi vobis fratres vestros leuitas de medio filiorum israel. et tradidi donum domino. ut seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autem et filii tui custodite sacerdotum vestrum. et omnia que ad cultum altaris pertinent et intra velum sunt. per sacerdotes administrabunt. Si quis externus accesserit: occidetur. Locutusque est dominus ad aaron. Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia que sanctificantur a filiis israel tibi tradidi et filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hec ergo accipies de his que sanctificantur et oblata sunt domino. Omnis oblatio et sacrificium et quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi: et cedit in sancta sanctorum. tuum erit et filiorum tuorum. In sanctuario comedes illud. Nares tuas edent ex eo. quia consecratum est domino. Primitias autem quas voverint et obtulerint filii israel. tibi dedi et filiis tuis ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in domo tua vescet eis. Item medullam olei et vini ac frumenti quicquid offerunt primitiarum domino tibi dedi. Uniuersa frugum initia que gignit humus et domino deportantur cedent in usus tuos. Qui mundus est in domo tua. vescet eis. Item quod ex voto reddiderint filii israel tuum erit. Quicquid primum erumpet e vulua cuncte carnis quam offerunt domino. siue ex hominibus siue de pecoribus fuerit. tui iuris erit. ita duntaxat ut pro hominis primogenito precium accipias. et omne animal quod immundum est redimi facias. cuius redemptio erit post unum mensem. scilicet argenti quinq; pondere sanctuarii. Siclus viginti obolos habet. Primogenitum autem bouis et ovis et capre non facies redimi. quia sanctificata sunt domino. Sanguinem tuum eorum fundes super altare. et adipem adolebis in suauissimum odorem domino. Carnes vero in usum tuum cedent. sicut pectusculum consecratum et armus dexter tue erunt. Omnes primitias sanctuarii quas offerunt filii israel domino tibi dedi et filiis ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactus salis est sempiternum coram domino tibi ac filiis tuis. Dixitque dominus ad aaron. In terra eorum nihil possidebitis. nec habebitis partem inter eos. Ergo pars et hereditas tua in medio filiorum is-

B

C

Ex. iii. g
Exo. xxx. b
Leui. xxv. c
Ezech. xiv. d

Deu. xvij. a

rael. Filii autem leui dedi omnes decimas israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo federis. ut non accedant ultra filii israel ad tabernaculum. nec committant peccatum mortiferum solis filiis leui mihi in tabernaculo seruientibus et portantibus peccata populi. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt. decimarum oblatione contenti quas in usus eorum et necessaria separavi. Locutusque est dominus ad moysen: dicens. Precipe leuitis atque denuncia. Quis acceperitis a filiis israel decimas quas dedi vobis. primitias eorum offerite domino: id est decimas partem decime ut reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis quam de torcularibus et vniuersis quorum accipitis primitias offerite domino. et date ea aaron sacerdoti. Omnia que offeretis ex decimis et in donaria domini separabitis optima et electa erunt cuncta. Dicesque ad eos. Si preclara et meliora queque obtuleritis ex decimis. reputabitur vobis quasi de area et torculari dederitis primitias et comedetis eas in omnibus locis vestris. tam vos quam familie vestre. quia precium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonii. et non peccabitis super hoc egregia. vobis et pingua referuantes. ne polluat oblationes filiorum israel et moriamini

Ex. S. De vitula rufa. de moriente in tabernaculo. de vase non habente operculum. de tangente cadaver hominis. de anima expiationis.

Locutusque est dominus ad moysen et aaron: dicens. Ista est religio victimae quas constituit dominus. Precipe filiis israel ut adducant ad te vaccam rufam etatis integre in qua nulla sit macula. nec portauerit iugum. tradesque eam leazarō sacerdoti. Qui eductas extra castra immolabit in conspectu omnium. et tingens digitum in sanguine eius. asperget contra fores tabernaculi septem vicibus. comburetque eam cum cunctis videntibus tam pelle et carnibus eius quam sanguine et fimo flamma traditis. Lignum quoque cedrinum et bysopus: coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam que vaccam vorat. Et tunc demum lotis vestibus et corpore suo. ingrediet in castra: comaculatusque erit usque ad vesperum. Sed et ille qui combusserit eam: lauabit vestimenta sua et corpus. et immundus erit usque ad vesperum. Colliget autem vir mundus cineres vacce. et effundet eos extra castra in loco purissimo ut sint multitudinum filiorum israel in custodiam et in aquam aspersionis. quia pro peccato vacca probusta est. Quis lauerit que vacce portauerat cineres vestimenta sua. immundus erit usque ad vesperum. Habebunt hoc filii israel et aduenae que habitant inter eos sanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadaver hominis et propter hoc se

D

B

Deu.

Exo.

Exo.

ptem dieb' fuerit imundus. asperget et hac aq̄ die tertio. et septimo: et sic mudabitur. Si die tertio aspersus non fuerit: septimo non poterit emū dari. Omnis qui tetigerit hūane anime mortū cinum. et aspersus hac cōmūtrōe non fuerit pollutet tabernaculum domini. et peribit ex israel. quia aqua expiationis non est aspersus. imundus erit et manebit spurcicia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo. Omnes q̄ ingrediuntur tentoriū illius. et vniuersa vasa q̄ ibi sūt polluta erūt septem dieb'. Vas qd non habuerit operculum nec ligaturaz desuper immundus erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis aut p se mortui siue os illius vel sepulchrum: imundus erit septem diebus. Tollentq̄ de cineribus cōbustionis atq̄ peccati: et mittēt aquas viuas super eos in vas: in quibus cum homo mudus tinterit bysopum asperget ex eo omne tentoriū. et cūctam suppellectilem et homines huiuscemodī cōtagione pollutos. Atq̄ hoc modo mudus lustrabit imundus tertio et septimo die. expiatusq̄ die septimo lauabit et se et vestimenta sua. et imundus erit vsq̄ ad vesperum. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus. peribit anima illius de medio ecclesie: quia sanctuariū dñi polluit et non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc pceptum legitimum sempiternū. Ipse quoq̄ qui aspergit aquas lauabit vestimenta sua. Omnis qui tetigerit aquas expiatis. imundus erit vsq̄ ad vesperum. Quicquid tetigerit imundus: imundum faciet et anima que horum quippiam tetigerit: immunda erit vsq̄ ad vesperum.

¶ L. S. De morte marie et aliqd traditōis et nūcijs ad edom et morte aaron in monte hoz et sub mutatione eleazari: loco eius et fletu populi pro aaron.

¶ Cap. XX

Ueneruntq̄ filij isrl' et omnis multitudo in desertum syn mense pmo et mansit popul' in cades. Mortuūq̄ est ibi maria et sepulta in eodem loco. Cūq̄ indigeret aqua populus cōuenerunt aduersus moysen et aaron. et versi in seditionē dixerūt. Utinam perissemus inter fratres nostros coram domino. Cur eduxit' ecclesiā domini in solitudine vt et nos et iumenta nostra moriamur? Quare nos fecistis ascendere de egypto. et eduxistis in locū istum pessimum q̄ feri non potest. qui nec ficum gignit nec vineas nec malograna. insuper et aquam non habet ad bibendū? Ingressusq̄ moyses et aaron dimissa multitudo in tabernaculum federis: corruerunt pñi in terram: clamauerūtq̄ ad dñm atq̄ dixerūt. Domine deus audi clamorem hui' populi. et asperi eis thesaurū tuū fontem aque viue vt satiati cesset murmuratio eoz. Et apparuit gloria domini sup eos. Locutusq̄ est dñs ad moysen dicens. Tolle virgam et cōgrega populum tu et aaron frater tuus et loquimini ad petram

coram eis. et illa dabit aquas. Cūq̄ eduxerit aquas de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in cōspectu dñi sicut preceperat ei. congregata multitudo ante petra: dixitq̄ eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus eicere? Cūq̄ eleuasset moyses manum percutiens virga bis silicē: egressę sunt aque largissime: ita vt populus biberet et iumenta. Dixitq̄ dñs ad moysen et aaron. Quare non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filijs israel. non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hęc est aqua cōtradictionis vbi iurgati sunt filij israel cōtra dominum. et sanctificatus est in eis. Misit interea nuncios moyses de cades ad reges edom qui dicerent. Hęc mandat frater tuus israel. Nosti oēm laborem qui apprehendit nos: quōd descēderint patres nostri in egyptum. et habitauerimus ibi multo tēpore. affluerintq̄ nos egyptij et patres nostros. et quomō clamauerimus ad dñm et exaudierit nos: miseritq̄ angelus q̄ eduxerit nos de egypto. Ecce in vrbe cades q̄ est in extremis finibus tuis positū: obsecram' vt nobis transire liceat per terras tuas. Non ibimus per agros nec per vineas: non bibemus aquas de puteis tuis. sed gradiemur via publica nec ad dexteram nec ad sinistrā declinātes donec transeamus terminos tuos. Cui rōdit edom. Non transibis per me. Alioquin armatus occurrā tibi. Dixeruntq̄ filij israel. Per tritam gradiemur vias. et si biberimus aquas tuas nos et pecora nostra dabim' quod iustus est. Nulla erit in precio difficultas. tm̄ velociter transeamus. At ille respondit. Non transibit. Statimq̄ egressus est obtutus cū infinita multitudo et manu forti nec voluit acquiescere deprecanti vt concederet transitum per fines suos. Quāobrem diuertit ab eo israel. Cūq̄ castra mouissent de cades venerunt in montem hoz qui est in finibus terre edom. vbi locutus est dominus ad moysen dicens. Pergat inquit aaron ad populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filijs israel. eo q̄ incredul' fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle aaron et filium eius cum eo. et duces eos in montem hoz. Cūq̄ nudaueris patrē veste sua. indues ea eleazarum filium eius. et aaron colligetur et morietur ibi. Fecit moyses vt preceperat dominus: et ascenderunt in montem hoz coram omni multitudo. Cūq̄ aaron spoliasset vestibus suis: et induit eis eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio descendit cum eleazaro. Omnis autez multitudo vidēs occubuisse aaron. fletit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

¶ L. S. De victoria post votum contra regem chananeorum. et serpentibus encis. et transitu arnon. de puteo de victoria feon et og regum.

¶ Capitulū. XXI

¶ rxi. b

¶

¶

¶ rxiij. e

¶ Deute. r. b
¶ rxiij. g

¶ Exo. rxiij. b

¶ Exo. rxiij. b

A **Q**uod cum audisset chanaanens rex as-
 rab qui habitabat ad meridiem venisse
 scilicet israel per exploratorum viam pugnauit
 contra illum. et victor existens durit et
 eo predam. At israel voto se domino obligans
 ait. Si tradideris populum istum in manu mea
 delebo vrbes eius. Et audiuitque dominus preces is-
 rael: et tradidit chanaanem: quem ille interfe-
 cit subuersis vrbibus eius: et vocauit nome-
 ci illius bozra. i. anathema. Profecti sunt autem
 de monte boz per viam que ducit ad mare ru-
 brum vt circumirent terram edom. Et tedere ce-
 pit populum itineris ac laboris. locutusque con-
 tra dominum et moysen ait. Eur eduxisti nos
 de egypto. vt moreremur in solitudine: Deest
 panis. non sunt aque. anima nostra iam nause-
 at super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit
 dominus in populum ignitos serpentes: ad quo-
 rum plagas et mortes plurimum venerunt ad
 moysen atque dixerunt. Peccauimus: quia locu-
 ti sumus contra dominum et te. Ora vt tollet a
 nobis serpentes. Oravit moyses pro populo
 Et locutus est dominus ad eum. Fac serpente-
 m eueum et pone eum pro signo. Qui percussus
 aspererit eum: viuet. Fecit ergo moyses serpen-
 tem eueum et posuit eum pro signo. Quem cum
 percussi aspicerent sanabantur. Profectique filii
 israel castrametati sunt in oboth. Unde egres-
 si fixere tentoria in seabarim in solitudine que re-
 spicit moab contra orientalem plagam. et in-
 de mouentes venerunt ad torrentem zareth.
 Quem relinquentes castrametati sunt con-
 tra arnon que est in deserto et prominet in fini-
 bus ammorei. Siquidem arnon terminus est
 moab: diuidens moabitas et ammoreos. Vbi
 dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in
 mari rubro. sic faciet in torrentibus arnon. Sco-
 puli torrentium inclinati sunt vt requiescerent
 in arnon. et recuberent in finibus moabitarum
 Et eo loco apparuit puteus: super quo locutus
 est dominus ad moysen. Congrega populum et
 dabo ei aquam. Tunc cecinit israel carmen istud
 Ascendat puteus: concinebant. puteus quem
 foderunt principes et parauerunt duces mul-
 titudinis in datore legis et in baculis suis. Pro-
 fectique sunt de solitudine mathana. De matha-
 na in nabaliel. De nabaliel in bamoth. Bamoth
 vallis est in regione moab in vertice pahasga
 quod respicit contra desertum. Misit autem is-
 rael nuncios ad seon regem ammoreorum: di-
 cens. Obsecro vt transire mihi liceat per terra-
 tuam. Non dedinabimur in agros et vineas. non
 bibemur aquas et puteis. Via regia gradiemur
 donec transeamus terminos tuos. Qui concede-
 re noluit vt transiret israel per fines suos: quin-
 potius exercitu congregato egressus est obui-
 am in desertum et venit in iasa. pugnauitque con-
 tra eum. A quo percussus est in ore gladii. et pos-
 sessa est terra eius ab arnon usque ieboc et filios
 amon. quia forti presidio tenebant terminum am-
 moitarum. Tulit ergo israel omnes ciuitates eius.

et habitauit in vrbibus ammorei. in esebon.
 scilicet et viculis eius. Vrbs esebon fuit seon
 regis ammorei. qui pugnauit contra regem mo-
 ab. et tulit omnem terram que dirionis illius fue-
 rat usque arnon. Idcirco dicitur in prouerbio. Ve-
 nite in esebon: edificetur et construat ciuitas
 seon. Ignis egressus est de esebon. flamma de
 oppido seon. et deuorauit arnon moabitarum
 et habitatores excelsum arnon. Ve tibi mo-
 ab. peristi popule chamds. Dedi filios eius in
 fugam. et filias in captiuitatem regi ammoreo-
 rum seon. Fugum ipsorum disperit ab esebon us-
 que dibon: lassu peruenierunt in iopbe et usque ma-
 daba. Habitauitque israel in terra ammorei. Vbi
 sit itaque moyses qui explorarent iazer. Eius ce-
 perunt viculos et possederunt habitatores. Ver-
 teruntque se et ascenderunt per viam basan: et oc-
 currit eis og rex basan cum omni populo suo
 pugnaturus in edrai. Dixitque dominus ad moysen.
 Ne timeas eum: quia in manu tua tradidi illum et
 omnem populum ac terram eius: faciesque illi sicut
 fecisti seon regi ammoreorum habitatori esebon
 Percusserunt igitur et huc cum filiis suis. et vni-
 uersumque populum eius usque ad internitionem et pos-
 sederunt terram illius.

C. S. Balac mittit ad balaam vt veniat ad
 maledicendum populo semel et secundo. dominus primo
 prohibet. secundo permittit ire in viam angelus
 obuiat. asina loquitur. Balaam respiciens ei docet
 Balac ei occurrit et mittit ei mueram. **CXXII**

Profectique castrametati sunt in cam-
 pistribus moab: vbi transiordanem
 biericho sita est. Videns autem balac
 filius sephor omnia que fecerat isra-
 el ammoreo et quod pertinuissent eum moa-
 bite et impetum eius ferre non possent: dixit ad
 maiores natu madian. Ita delebit hic populus
 omnes qui in nostris simbus commorantur:
 quemodo solet bos herbas usque ad radices ca-
 pere. Ipse autem erat eo tempore rex in moab. Vbi
 sit ergo nuncios ad balaam filium beor ariolum
 qui habitabat super flumen terre filiorum am-
 mon. vt vocarent eum et dicerent. Ecce egres-
 sus est populus ex egypto qui operuit superficiem
 terre sedens contra me. Veni igitur et maledi-
 dic populo huic qui fortior me est. si quomodo
 possim percutere et eicere eum de terra mea.
 Noui enim quod benedictus sit cui benedixeris. et
 maledictus in quem maledicta congesseris
 Perreteruntque seniores moab et maiores natu.
 madian habentes diuinationis precium in ma-
 nibus. Cumque venissent ad balaam. et narraissent
 ei omnia verba balac. ille respondit. Manete hic no-
 cte: et respondebo quicquid mihi dixerit dominus
 Manentibus autem illis apud balaam. venit
 deus. et ait ad eum. Quid sibi volunt homines
 isti apud te? Respondit. Balac filius sephor.
 Rex moabitarum misit ad me dicens. Ecce po-
 pulus qui egressus est de egypto operuit superfi-
 ciam terre. veni et maledice ei. si quomodo possi-
 sum pugnans abigere eum. Dixitque deus ad ba-

1. Cor. 1. b

Job. 11. b

D

E
 1. Cor. 1. b
 Deu. 11. e
 1. Mach. 11. f

1. co.

lam. Noli ire cum eis neque maledicas popu-
 lo quia benedictus est. Qui mane consurgens di-
 xit ad principes. Ire in terram vestram. quia
 prohibuit me deus venire vobiscum. Reuer-
 si principes dixerunt ad balac. Noluisti balaam veni-
 re nobiscum. Rursum ille multo plures et nobil-
 ores quam antea miserat. misit. Qui cum venisset ad ba-
 laam dixerunt. Sic dicit balac fili septor. Ne
 poteris venire ad me. paratum habeo honorare te
 et quicquid volueris dabo tibi. Veni et maledic-
 tione populo isti. Rursum balaam. Si dederit mihi ba-
 lac plenam domum suam argenti et auri non potero in-
 mutare verbum domini dei mei. ut vel plus vel minus
 loquar. Obsecro ut hic maneat etiam ac nocte
 ut scire queam quid mihi rursus respondeat dominus.
 Venit ergo deus ad balaam nocte: et ait ei. Si
 vocare te venerunt homines isti: surge et vade cum
 eis. ita distat ut quod tibi preceperam facias.
 Surrexit balaam mane: et strata asina profectus
 est cum eis. Et iratus est deus. Stetitque angelus domini
 in via contra balaam quem sedebat asina: et duos pu-
 eros habebat secum. Erant asina angelum stan-
 tem in via euaginato gladio. auertit se de itinere
 et ibat per agrum. Quam cum verberaret balaam
 et vellet ad semitam reducere. stetit angelus in an-
 gustis duarum maceriarum quibus vinee cingebantur.
 Quem videns asina iunxit se parieti: et attri-
 vit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam:
 et nivolominus angelus ad locum angustum transiens
 ubi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deus
 arri obuius stetit. Cumque vidisset asina stantem an-
 gelum concidit sub pedibus sedentis. Qui iratus
 vehementius cedebat fuste latera eius. Aperuit
 itaque dominus os asinae et locuta est. Quid feci tibi. Cur
 percussis me ecce iam tertio. Rursum balaam.
 Quia comeruisti et illusisti mihi. Utinam haberem
 gladium ut te percuterem. Dixit asina. Nonne aial
 tuum sum. cui semper sedere consuevistis in pre-
 sentem diem? Dic quid simile unquam fecerim tibi?
 At ille ait. Nunquam. Protinus aperuit dominus oculos
 balaam. et vidit angelum stantem in via euagi-
 nato gladio: adorauitque eum pronus in terram. Cui
 angelus. Cur inquit tertio verberas asinam tuam
 Ego veni ut aduersarer tibi quia peruersa est via
 tua. mihique contraria. Et nisi asina dedinasset de
 via dans locum resistenti te occidissem: et illa vis-
 ueretur. Dixit balaam. Peccaui. nesciens quod tu stas
 contra me. Et nunc si displicet tibi ut vadam re-
 uertar. Ait angelus. Vade cum istis et caue ne
 aliud quam preceperam tibi loquaris. Fuit igitur cum prin-
 cipibus. Quod cum audisset balac. egressus est in
 occursum eius in oppido moabitarum quod situm
 est in extremis finibus ammon. Dixitque ad balaam
 Quasi nuncios ut vocaret te. Cur non statim ve-
 nisti ad me? An quia mercedem aduentui tuo red-
 dere nequeo? Cui ille respondit. Ecce adsus. Num
 quid loqui potero aliud nisi quod deus posue-
 rit in ore meo. Perreuerunt ergo simul et vene-
 runt in urbem que extremis regni eius finibus
 erat. Cumque occidisset balac oves et boues mis-
 sit ad balaam. et principes qui cum eo erant munes-

ra. Mane autem facto. duxit eum ad excelsa baal.
 et intuitus est extremam partem populi.

C. S. Balaam in monte ducit ad maledicendum
 dum populo aras septem edificari iubet: et victi-
 mas imponit pro maledictione: benedicit et pro-
 phetat de conalescentia et multiplicatione po-
 puli contra inimicos et iterum in montem ali-
 um ducitur.

Capitulum. XXIII

Dixitque balaam ad balac. Edifica mihi
 hic septem aras et para totidem vitulos.
 eiusdemque numeri arietes. Cumque fecisset
 iuxta sermonem balaam: imposue-
 runt simul vitulum et arietem super aras. Dixitque
 balaam ad balac. Sta paulisper iuxta holocau-
 stum tuum donec vadam si forte occurrat mihi dominus
 et quodcumque impauerit loquar tibi. Cumque abisset
 velociter: occurrat illi deus. Locutusque ad
 eum balaam: septem inquit aras erexit et imposuit
 vitulum et arietem desuper. Dominus autem posuit verbum
 in ore eius et ait. Reuertere ad balac et hec lo-
 quis. Reuersus inuenit stantem balac iuxta holo-
 caustum suum et omnes principes moabitarum assis-
 praque parabola sua dixit. De aras adduxit me
 balac rex moabitarum de montibus orientis. Veni in-
 quit et maledicere iacob. propera et detestare isra-
 el. Quomodo maledicere. cui non maledixit deus
 Quare detester: quem dominus non detestat? De
 summis silicibus videbo eum. et de collibus confide-
 rabo illum. Populus solus habitabit et inter gen-
 tes non reputabitur. Quis dinumerare possit pro-
 uerem iacob: et nosse numerum stirpis israel. Noui
 atur anima mea morte iustorum et fiant nouissima
 mea horum similia. Dixitque balac ad balaam.
 Quid est hoc quod agis. Ut malediceres inim-
 cis meis vocavi te: et tu e contrario benedixisti
 eis? Cui ille respondit. Num aliud possum loqui:
 nisi quod iusserit dominus. Dixit ergo balac. Veni
 mecum in alterum locum: vnde partem israel videas
 et totum videre non possis. inde maledicere ei. Cum
 que durisset eum in locum sublimem super verticem mon-
 tis phasga edificauit balaam septem aras: et im-
 posuit supra vitulis atque arietibus dixit ad ba-
 lac. Sta hic iuxta holocaustum tuum donec ego
 obuius pergam. Cui cum dominus occurrisset. posuit
 septem verbum in ore eius: ait. Reuertere ad balac
 et hec loqueris ei. Reuersus inuenit eum stan-
 tem iuxta holocaustum suum: et principes moabi-
 tarum cum eo. Ad quem balac. Quid inquit locum est
 dominus. Ad ille assumpta parabola sua. ait. Sta ba-
 lac et ausculta. audi fili septor. Non est deus quasi
 homo ut mentiar: nec ut filius hominis ut mutetur
 Dixit ergo et non faciet. locutus est et non irles-
 bit. Ad benedicendum adductus sum. benedictio-
 nem prohibere non valeo. Non est idolum in iacob. nec
 videtur simulacrum in israel. Dominus deus eius
 cum eo est et clangor victoriae regis in illo. Des-
 us eduxit illum de egypto: cuius fortitudo simi-
 lis est rhinocerotis. Non est augurium in iacob:
 nec diuinitio in israel. Temporibus suis dice-
 tur iacob et israel quid operatur sit deus. Ecce
 populus ut leena consurget et quasi leo erit

B

B
Ila. u. b

str. 6

E

B
I. xiii. b

8

getur. Non accubabit donec denoret predam
 ⁊ occisorum sanguines bibat. Dixitq; balac ad
 balaam. Nec maledicas ei. nec benedicas. Et
 ille nonne ait dixi tibi. q; quicquid mihi deus i
 peraret hoc facerem. Et ait balac ad eum. Veni
 ni ⁊ ducam te ad aliuz locū. si forte placeat deo
 vt inde maledicas eis. Luncq; duxisset eum sup
 verticem montis pbogor qui respicit solitudi
 nem. dixit ei balaam. Edifica mihi hic septem
 aras: ⁊ para totidem vitulos eiusdēq; numeri
 arietes. Fecit balac vt balaam dixerat: impos
 suitq; vitulos ⁊ arietes per singulas aras.

¶ Balaam nō vadit ad consulendum do
 minū nō semel. ⁊ scdo. s; statim pphetat de re
 gno israel futuro postea pphetat de aduentu
 christi ⁊ persona eius.

¶ Ca. XXIII

¶ **Q**uicq; vidisset balaam q; placeret domi
 no: vt benediceret israeli nequaq; a
 bilit vt ante prexerat at auguriū ques
 reret. sed dirigēs cōtra desertū vultū
 suum ⁊ eleuans oculos vidit israel in tentoriis
 cōmorantē per tribus suas: ⁊ irruente in se spi
 ritu dei. assumpta parabola. ait. Dixit bala
 am filius beor: dixit homo cuius obrurat^r est
 oculus. dixit auditor sermonū dei qui visiones
 omnipotentis intuit^r est. qui cadit ⁊ sic aperim
 tur oculi eius. Quā pulchra tabernacula tua ia
 cob: ⁊ tentoria tua isrl. vt valles nemorose: vt
 hortū iuxta fluuios irrigui: vt tabernacula que
 fixi dominus quasi cedri prope aquas. Fluuet
 aqua de situla eius: ⁊ semē illius erit in aquas
 multas. Tolle ppter agag rex eius ⁊ aufe
 retur regnum illius. Deus edurit illum de egypto.
 cuius fortitudo similis est rhinocerot. De
 uorabūt gentes bosse s illius. ossaq; eorū con
 fringent: ⁊ perforabunt sagittis. Accubās dor
 mīuit vt leo: ⁊ quasi leena quā suscitare nullus
 audebit. Qui benedixerit tibi: erit ⁊ ipse bene
 dictus. qui maledixerit tibi i maledictione re
 putabitur. Iratusq; balac contra balaam cōplo
 sis manibus ait. Ad maledicendū inimicis meis
 vocaui te: quibus ecōtrario tertio benedixi
 sti. Reuertere ad locū tuū. Decreuerā quidem
 magnifice honorare te: sed dñs priuauit te ho
 noze disposito. Respondit balaam ad balac. Nō
 ne nūtijs tuis quos misisti ad me dixi. si dede
 rit mihi balac plenā domū suā argenti ⁊ auri.
 nō potero preterire sermonē dñi dei mei vt vel
 boni vel mali quid proferam ex corde meo. sed
 quicquid dñs dixerit hoc loquar. Veruntamē
 pergens ad populū meū dabo tibi consiliū qd
 populus tuus populo huic faciat extremo tem
 pore. Sumpta igitur parabola: rursus ait. Di
 xit balaam filius beor. dixit homo cuius obtu
 ratus est oculus dixit auditor sermonū dei: qui
 nouit doctrinam altissimā: ⁊ visiones omni
 potentis videt: qui cadēs apertos habet oculos.
 Videbo euz sed non modo: intuebor illum: sed
 non prope. Quætur stella ex iacob: ⁊ consurget
 virga de israel: ⁊ percutiet duces moab: vasa
 bitq; om̄s filios setb; et erit iquæa possessio

eius. Hereditas setb; cedet inimicis suis isra
 el vero fortititer ager. De iacob erit qui domi
 netur et perdat reliquias ciuitatis. Luncq; vi
 disse amalech: assumens parabolam ait. Prin
 cipium gentium amalech cuius extrema per
 dentur. Vidit quoq; cineum: ⁊ assumpta para
 bola ait. Robustum quidem est habitaculum
 tuum: sed si in petra posueris nidus tuum: ⁊ fu
 eris electus de stirpe cyn q; diu poteris perma
 nere. Assur em̄ capiet te. Assumptaq; parabo
 la iterū locutus est. Ne quis victurus est quā
 do ista faciet deus. Venient in trieribus de ita
 lia. superabunt assyrios: vastabuntq; bebreos
 ⁊ ad extremū etiam ipsi peribunt. Surrexitq;
 balaam: ⁊ reuersus est in locum suum balacq;
 via qua venerat rediit.

¶ Fornicat^r populus cum filiabus Mo
 ab. iubet pncipib; ⁊ moyfi vt vnusq; occidat
 prios suos. Phinees occidit sabri ⁊ Lozbi ⁊ in
 storo ⁊ ido sibi sacerdotiū etnū statuit. XXV

¶ **Q**uæbatur autem eo tempore israel i
 sethim ⁊ fornicatus est populus cum
 filiabus moab: que vocauerunt eos
 ad sacrificia sua. At illi comederunt:
 ⁊ adorauerunt deos earum. Inuitatusq; est is
 rael beelphégor. Et iratus domin^s ait ad moy
 sen. Tolle cunctos principes populi ⁊ suspende
 eos contra solem in patibulis vt auertatur fu
 ros meus ab israel. Dixitq; moyses ad iudices
 israel. Occidat vnusquisq; proximos suos qui
 inuitati sunt beelphégor. Et ecce vnus de filijs
 israel intrauit coram fratribus suis ad scortuz
 madianitē vidente moyse ⁊ om̄i turba filioz
 israel qui flebant ante fores tabernaculi. Qd
 cum vidisset phinees filius eleazari filij aaron
 sacerdotis surrexit de medio multitudinis. et
 arrepto pugione ingressus est post virum isra
 elitem in lupanar ⁊ perfodit ambos simul vi
 rum scilicet ⁊ mulierem in locis genitalibus.
 Lessauitq; plaga a filijs israel: ⁊ occisi sunt vi
 gintiquattuor milia hominū. Dixitq; dominus
 ad moysem. Phinees filius eleazari filij aaron
 sacerdotis auertit iram meam a filijs israel q;
 zelo meo commotus est contra eos vt non ipse
 delerem filios israel in zelo meo. Idcirco loq;
 re ad euz. Ecce do ei pacem federis mei. ⁊ erit
 tam ipsi q; semini eius pactum sacerdotij sem
 pitemnum. quia zelatus est pro deo suo: ⁊ expia
 uit scelus filioz israel. Erat autem nomē vi
 ri israelite: qui occisus est cū madianitide zam
 bri filius salumi dur de cognatione ⁊ tribu sy
 meonis. Porro mulier madianitis que pariter
 interfecta est vocabatur cozbi filia sur pncipi
 nis nobilissimi madianitarum. Locutusq; est
 dominus ad moysem dicens. Hostes vos senti
 ant madianite ⁊ percutite eos. quia ⁊ ipsi hosti
 liter egerunt contra vos ⁊ decepere insidjs p
 idolum pbogor ⁊ cozbi filiam ducis madian so
 rorem suam. que percussa est in die plage pro
 sacrilegio pbogor.

¶ Numerant filij israel quibus terra di

i.co.

B
 s. r. d.

E
 s. r. d.

s.co.

b

l. a
 po. r.

Gen. r.
 Ero. vi.
 Para.

B

Joh.

s. vi. g.

Eto. m.
 s.
 i. d. d.

l. Co. Be. r.

E

Ecd. l.
 i. d. d.

B

i. r. d.

uidenda est. et annis et supra. quia omnis primo mortui sunt. Tribus autem leui seorsum numeratur quia illis possessio non datur quia dominus est possessio eius. **Capitulum. XXVI**

Postquam notiorum sanguis effusus est dixit dominus ad moysen et eleazarum filium aaron sacerdotem. Numerate omnem summam filiorum israel a viginti annis et supra per domos et cognationes suas cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque moyses et eleazar sacerdos in campestribus moab super iordanem contra hierico ad eos qui erant a viginti annis et supra. sicut dominus imperat: quorum iste est numerus. Ruben primogenitus israel: Huius filius enoch: a quo familia enochitarum et phallu a quo familia phalluitarum et esron: a quo familia esronitarum et charmit: a quo familia charmitarum. He sunt familie de stirpe ruben: quarum numerus inuentus est quadraginta tria milia et septingenti triginta. Filius phallu eliab: huius filii namubel et datban et abiron. Isti sunt datban et abiron principes populi qui surrexerunt contra moysen et aaron in seditione chore quando aduersus dominum rebellauerunt: et aperiens terra os suum deuorauit chore morientibus plurimis quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum. ut chore pereunte filii illius non perirent. Filii symeon per cognationes suas namubel. ab hac familia namubelitarum et iamun. ab hac familia iamunitarum: iachin ab hac familia iachinitarum: zare. ab hac familia zaretarum. saul. ab hac familia saulitarum. He sunt familie de stirpe symeon: quarum omnis numerus fuit vigintiduo milia ducenti. Filii gad per cognationes suas sepbon: ab hac familia sepbonitarum. aggi. ab hac familia aggitarum suni. ab hac familia suntitarum ozni. ab hac familia oznitarum. ber. ab hac familia beritarum. arod ab hac familia aroditarum aribel. ab hac familia aribelitarum. Iste sunt familie gad: quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingenti. Filii iuda. ber. et onan qui ambo mortui sunt in terra chanaan fueruntque filii iuda per cognationes suas sela a quo familia selaitarum. phares a quo familia pharesitarum. zare. a quo familia zaretarum. Porro filii phares esrom. a quo familia esromitarum et amul. a quo familia amulitarum. Iste sunt familie iuda quorum numerus fuit septuaginta sex milia quingenti. Filii ysachar per cognationes suas. thola. a quo familia tholaitarum. phua. a quo familia phuaitarum. iasub a quo familia iasubitarum. semram a quo familia semramitarum. He sunt cognationes ysachar: quarum numerus fuit seraginta quattuor milia trecenti. Filii zabulon per cognationes suas. sared. a quo familia sareditarum. belon. a quo familia belonitarum. ialel a quo familia ialelitarum. He sunt cognationes zabulon quarum numerus fuit seraginta milia quingenti. Filii ioseph per cognationes suas manasse et ephraim

De manasse ortus est machir. a quo familia machiritarum. Machir genuit galaad. a quo familia galaaditarum. Galaad habuit filios iezer. a quo familia iezeritarum. et elech. a quo familia elechitarum. et asribel. a quo familia asribelitarum. et sechem. a quo familia sechemitarum et semida. a quo familia semidaitarum et epber. a quo familia epberitarum. Fuit autem epber pater salphaad qui filios non habebat. sed tres filias quarum ista sunt nomina maala et noa et eglia et melcha et thersa. He sunt familie manasse et numerus earum quinquaginta duo milia septingenti. Filii autem ephraim per cognationes suas fuerunt bi. et utbala. a quo familia suthalaitarum. becher. a quo familia becheritarum. tebeen. a quo familia tebeenitarum. Porro filius suthala fuit beran. a quo familia berenitarum. He sunt cognationes filiorum ephraim. quarum numerus fuit triginta duo milia quingenti. Isti sunt filii ioseph per familias suas. Filii beniamin in cognationibus suis: bale. a quo familia baleitarum. azbel. a quo familia azbelitarum. achiram. a quo familia achiramitarum. supbaz. a quo familia suphamitarum. vpbā a quo familia vpbamitarum. Filii bale. bered et noeman. De bered familia beriditarum. de noeman familia noemanitarum. Hi sunt filii beniamin per cognationes suas. quorum numerus fuit quadraginta quingenti milia sexcenti. Filii dan per cognationes suas. suban a quo familia subanitarum. He sunt cognationes dan per familias suas. Quos fuere subanite. quorum numerus erat seraginta quattuor milia quadringenti. Filii aser per cognationes suas. iemna. a quo familia iemnaitarum. iessui a quo familia iessuitarum. brie. a quo familia brieitarum. Filii brie. haber. a quo familia haberitarum. et melchiel. a quo familia melchielitarum. Nomen autem filie aser: fuit sara. He cognationes filiorum aser et numerus eorum quinquaginta tria milia quadringenti. Filii neptalim per cognationes suas iessibel. a quo familia iessibelitarum. guni. a quo familia gunitarum. iaser. a quo familia iaseritarum. sellem. a quo familia sellemitarum. He sunt cognationes filiorum neptalim per familias suas. quorum numerus quadraginta quingenti milia quadringenti. Ista est summa filiorum israel qui recensiti sunt. sexcenta milia: et mille septingenti triginta. Locutusque est dominus ad moysen: dicens. Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus maiorem partem dabis. et paucioribus minorem: singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita diuidatur ut fors terrarum tribus diuidat et familiis. Quicquid forte contigerit hoc vel plures accipiant vel pauciores. Hic quoque est numerus filiorum leui per familias suas. Gerson. a quo familia gersonitarum. caath. a quo familia caathitarum. merari. a quo familia meraritarum. He sunt familie leui. Familia lobni. familia bebron. familia moosi. familia mus. familia chozi. Et so caath genuit geram. qui habuit uxorem iocabeth filias leui que

j. cxxij. a

E

F

B

Ero. vi. c

S u

nata est ei in egypto. Nec genuit amram viro suo filios aaron et moysen et maria sorores eorum. De aaron orti sunt nadab et abiu et eleazar et ythamar. Quorum nadab et abiu mortui sunt cum obtulissent ignem alienum coram domino. Fueruntque omnes qui numerati sunt viginti tria milia generis masculini. ab vno mense et super qui non sunt recensiti inter filios israel. nec eis cum ceteris data possessio est. Hic est numerus filiorum israel. qui descripti sunt a moysen et eleazaro sacerdote in campes tribus moab supra iordanem contra bierico: inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt a moysen et aaron in deserto synai. Predixerat enim dominus quod omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis nisi caleb filius iephone: et iosue filius num.

¶ L. S. Datur lex de occasione filiarum salphaad. precipit dominus moysi ut manum imponat iosue eleazaro in ducem populi. La. XXVII

Accesserunt autem filie salphaad. filii epher filii galad. filii machir. filii manasse qui fuit filius ioseph. quarum sunt nomina maala et noa et eglia et melcha et tberfa. steteruntque coram moysen et eleazaro sacerdote: et cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi federis atque dixerunt. Pater noster mortuus est in deserto. nec fuit in seditione que concitata est contra dominum sub chore. sed in peccato suo mortuus est. Hic non habuit mares filios. Et tollitur nomen illius de familia sua. quia non habet filium. Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. Retulitque moyses eam earum ad iudicium domini. Qui dixit ad eum. Iustam rem postulant filie salphaad. Da eis possessionem inter cognatos patris sui. et ei in hereditate succedant. Ad filios autem israel loqueris hec. Homo cum mortuus fuerit absque filio ad filiam eius transibit hereditas. si filiam non habuerit: habebit successores fratres suos. quod si et fratres non fuerint dabitur hereditatem fratribus patris eius. Si autem nec patruos habuerit. dabitur hereditas his qui ei proximi sunt. Eruntque hoc filiis israel sanctum lege perpetua. sicut precepit dominus moysi. Dixit quoque dominus ad moysen. Ascende in montem istum abarim. et contemplantur inde terram quam daturus sum filiis israel. Cumque videris eam ibis et tu ad populum tuum sicut iuit frater tuus aaron. quia offendistis me in deserto syn in contradictione multitudinis. nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. He sunt aque contradictionis in cades deserti syn. Cui respondit moyses. Provideat dominus deus spiritum omnis carnis boves qui sit super multitudinem hanc et possit erire et intrare ante eos. et educere eos vel introducere: ne sit prope dominum sicut oves absque pastore. Dixitque dominus ad eum. Tolle iosue filium num virum in quo est spiritus dei: et pone manum tuam super eum. Qui stabit coram eleazaro sacerdote: et ostendit multitudinem: et dabis ei precepta cunctis videtibus et partem glorie tue. ut audiat eum omnis synagoga filiorum israel. pro hoc si quid agendum erit. eleazar sacerdos consulat dominum. Et verbum eius egredietur et ingredietur iosue et omnes filii israel cum eo et cetera multitudo. Fecit moyses ut preceperat dominus. Cumque tulisset iosue. statuit eum coram eleazaro sacerdote et omni frequentia populi. et impositis capituli eius manibus cuncta replicavit que mandauerat dominus.

¶ L. S. De diuersis solennitatibus anni quod in qualibet offerendum sit. et cum quibus libamentis postea quid quotidie. secundo quid sabbato. tertio quod in kalendis. quarto quod in pascha. XXVIII

Educitq; te precedēs in virtute sua magna et egypto vt delectet nationes marinas et fortiores te i introitu tuo et introduceret te. daretq; tibi terrā earū in possessionē sicut cernis in presenti die. Scito ergo hodie et cogitato in corde tuo q; dominus ipse est deus in celo sursum et in terra deorsum et non sit alius. Custodi pcepta eius atq; mandata: que ego precipio tibi. vt bene sit tibi et filiis tuis post te. et permanas multo tempore super terram quam dñs deus tuus daturus est tibi. Tūc separauit moyses tres ciuitates trans iordanem ad orientalem plagam. vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum. nec fuerit sibi inimicus ante vnum et alterum diem. et ad harum aliquam vrbium possit euadere. bosor in solitudine q; sita est in terra campestri de tribu rubē et ramoth in galaad que est in tribu gad. et golam in basan que est in tribu manasse. Ista est lex quam proposuit moyses coram filiis israel et hec testimonia et cerimonie atq; iudicia que locutus est ad filios israel quando egressi sunt de egypto trans iordanem in valle contra phanum phogor in terra seon regis ammorei: qui habitauit in esebon que percussit moyses. Filij quoq; israel egressi ex egypto possederunt terram eius: et terram og regis basan duorum regum ammoreorum qui erant trans iordanē ad solis ortum ab arder que sita est super ripā torrentis arnon vsq; ad montem sanir: qui est et hermon omnē planitiē trans iordanē ad orientalem plagam vsq; ad mare solitudinis: et vsq; ad radices montis phasga.

¶ L. S. De preceptis decalogi. de donatiōe legis. de excusatione populi. de auditu vocis domini.

Capitulum V

Quauitq; moyses oēm israel et dixit ad eū. Audi israel cerimonias atq; iudicia que ego loquor in auribus vestris hodie. Discite ea: et opere complere. Dominus deus noster pepigit nobiscum fedus in ore. Non cum patribus nostris inuit pactum s; nobiscum. qui in presentiarū sumus et viuimus. Facie ad faciē locutus est nobis in monte de medio ignis. Ego sequester et medius fui inter deum et vos in tpe illo vt annunciarē vobis verba eius. Timuistis enim ignem et non ascendistis in montem. Et ait. Ego dñs deus tuus qui eduxi te de terra egypti de domo seruitutis. Nō habebis deos alienos in conspectu meo. Non facies tibi sculptile. nec similitudinē omnium que in celo sunt desuper et que in terra deorsum: et que versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea et non coles. Ego enim sum dominus deus tuus. deus emulato: reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationē his qui oderūt me. et faciens misericordiā in multa milia diligētibus me. et custodientibus precepta mea. Non usurpabis nomē dei tui frustra. q; non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpse-

rit. Obserua diem sabbati vt sanctifices eū sicut precepit tibi dñs deus tuus. Sex diebus operaberis: et facies omnia opera tua. Septimus dies sabbati est. i. requies dñi dei tui. Non facies in eo quicquid operis: tu et filij tuus et filia. seruus et ancilla. bos et asinus. et omne iumentū tuum et peregrinū qui est intra portas tuas. vt requiescat seruus et ancilla tua sicut et tu. Memēto q; et ipse serueris in egypto: et eduxerit te in de dñs deus tuus in manu forti et brachio extēto. Idcirco precepit tibi vt obseruares diē sabbati. Honora patrem tuū et matrē: sicut precepit tibi dñs deus tuus vt longo viuas tēpore: et bene sit tibi in terra quā dñs deus tuus daturus est tibi. Non occides. neq; mechaberis: furtumq; nō facies. Nec loqris contra primū tuū falsum testimoniū. Non concipies vtrozq; primū tuū. Non domū: nō agrum: nō seruū: nō ancillam: nō bouē: nō asinū: et vniuersa que illis sunt. Hec verba locutus ē dñs ad oēm multitudinē vestrā in monte de medio ignis et nubis et caliginis: voce magna nihil addēs amplius et scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mibi. Vos autē postq; audistis vocem de medio tenebrarum: et montē ardere vidistis. accessistis ad me omnes principes tribuum et maiores natu atq; dixistis. Ecce ostendit nobis dñs deus noster maiestatem et magnitudinē suam. Voces em̄ eius audiuimus de medio ignis et probauim; hodie q; loquente deo cum homine viterit homo. Cur ergo moriemur et deuorabit nos ignis hic marinus. Si em̄ audierimus vltra vocem dñi dei nostri moriemur. Quid est omnis caro vt audiat vocem dei viuētis qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus et possit viuere? Tu magis accede: et audia cuncta que dixerit dñs deus noster tibi. loqueris ad nos et nos audietes faciemus ea. Quod cum audisset dñs ait ad me. Audiui vocē verborum populi huius que locuti sunt tibi. Bene omnia sunt locuti. Quis det talē eos habere mentem vt timeant me et custodiāt vniuersa mandata mea in oī tēpore vt bene sit eis et filiis eorum i sempiternū. Uade ergo et dic eis. Reuertimini in tentoria vestra. Tu vero hic sta mecum et loquar tibi oīa mandata mea et cerimonias atq; iudicia: que docebis eos vt faciant ea i terra quam dabo illis in possessionem. Custodite igitur et facite que pcepit dñs deus vobis. Nō declinabitis neq; ad dexterā neq; ad sinistras sed per viam quā precepit dñs deus vester ambulabitis. vt vniuersis et bene sit vobis et protelētur dies vestre in terra possessionis vestre.

¶ L. S. De diligendo deum. de memorandis et scribēdis mādati ei q; timeāt dñs q; nō temptent eū q; legē doceant filios suos.

Hec sunt precepta et cerimonie atq; iudicia que mandauit dñs deus vester vt docerē vos vt faciatis ea in terra ad quā transgredimini possidendā vt timeas dñm deum tuū et custodias omnia mā-

Ero. et. b
Mat. xv. a
Mat. vii. a

Mat. v. c
Ro. xii. b
L

b

J. xvii. b

a

Deuteronomium

data et precepta eius. que ego precipio tibi et filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vite tue ut prolongentur dies tui. Audi israel et observa ut facias que precepit tibi dominus. et bene sit tibi. et multipliceris amplius. sicut pollicitus est dominus deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem. Audi israel. Dominus deus tuus deus unus est. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota anima tua: et ex tota fortitudine tua. Eritque verba hec que ego precipio tibi hodie in corde tuo et narrabis ea filiis tuis et meditaberis sedes in domo tua. et ambulans in itinere dormiens atque confurgens. et ligabis ea quasi signum in manu tua. eruntque et movebuntur inter oculos tuos. scribesque ea in limine et ostijs domus tue. Cumque introduxerit te dominus deus tuus in terram pro qua iuravit patribus tuis abraham isaac et iacob: et dederit tibi civitates magnas et optimas quas non edificasti. domos plenas multarum opum quas non extruxisti. cisternas quas non fodisti. vinea et oliueta que non plantasti: et comederis et saturatus fueris. caue diligenter ne obliuiscaris dominum deum tuum qui eduxit te de terra egypti de domo seruitutis. Dominus deum tuum timebis: et illi soli seruias. ac per nomen illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium que in circuitu vestro sunt. quoniam deus emulator dominus deus tuus in medio tui. ne quando irascatur furor domini dei tui contra te: et auferat te de superficie terre. Non temptabis dominum deum tuum sicut temptasti in loco temptationis. Custodi precepta domini dei tui ac testimonia. et ceremonias quas precepit tibi. et fac quod placitum est et bonum in conspectu domini ut bene sit tibi. et ingressus possideas terram optimam de qua iuravit dominus patribus tuis ut deleteret omnes inimicos tuos coram te. sicut locutus est. Cum interrogauerit te filius tuus cras dicens. quid sibi volunt testimonia hec et ceremonie atque iudicia que precepit dominus deus noster nobis: dices ei. serui eramus pharaonis in egypto: et eduxit nos dominus de egypto in manu forti: fecitque signa atque prodigia magna et pessima in egypto contra pharaonem et omnem domum illius in conspectu nostro. et eduxit nos inde ut introductis daret terram super qua iuravit patribus nostris. Precepitque nobis dominus ut faciamus omnia legitima hec et timeamus dominum deum nostrum: ut bene sit nobis cunctis diebus vite nostre sicut est hodie. Eritque nostri misericors. si custodierimus et fecerimus omnia precepta eius coram domino deo nostro sicut mandauit nobis.

C. S. Prohibet societas gentium. Scipis idolatrie destructio. auxilium ad eiciendum: et si serua uerint mandata libertas in omnibus populo. p mittitur.

Capitulum VII

Cum vero introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris: et deleuerit gentes multas coram te. et be-

um et gergezeum et ammoreum et chananeum et perezeeum et euueum et iebuseum. septem gentes multo maioris numeri quam tu es et robustiores te. tradideritque eas dominus deus tuus tibi: percuties eas usque ad internitionem. Non inibis cum eis fedus nec misereberis carum. neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius: nec filiam illius accipies filio tuo. quia seducet filium tuum ne sequatur me. et ut magis seruiet diis alienis. Irasceturque furor domini et delebit te cito. Quinpotius hec facietis eis. Aras eorum subuertite. et confringite statuas: lucosque succidite et sculptilia comburite. quia populus sanctus est domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero uincetis: batis uobis: iunctus est dominus et elegit uos. cum omnibus stirpibus populis pauciores. sed quia dilexit uos dominus. et custodiuit iuramentum quod iurauit patribus uestris. Eduxitque uos in manu forti et redemit de domo seruitutis de manu pharaonis regis egypti. et scies quia dominus deus tuus ipse est deus fortis et fidelis. custodiens pactum et misericordiam diligentibus se. et his qui custodiunt precepta eius in mille generationes: et reddens odium tibus se statim. ita ut dispdat eos et ultra non differat. protinus eis restituens quod merentur. Custodi ergo precepta et ceremonias atque iudicia que ego mandabo tibi hodie ut facias. Si postquam audieris hec iudicia custodieris ea et feceris. custodiet et dominus deus tuus pactum tibi et misericordiam quam iurauit patribus tuis. et diliget te ac multiplicabit. benedicetque fructu uentris tui et fructu terre tue frumento tuo atque uide mie. oleo et armetis. gregibus ouium tuarum super terras. pro qua iurauit patribus tuis ut daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus: tam in hominibus quam in gregibus tuis. Aufert dominus a te omnem languorem. et infirmitates egypti pessimas quas nouisti non inferet tibi: sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos quos dominus deus tuus daturus est tibi. Non parcat eis oculus tuus. nec seruias diis eorum. ne sint in ruinam tuam. Si dixeris in corde tuo. plures sunt gentes iste quam ego: quomodo potero delere eas non metuerem. sed recordare que fecerit dominus deus tuus pharaoni et cunctis egyptiis plagas marinas quas uiderunt oculi tui: et signa atque portenta manuumque robustam et extentum brachium. ut educeret te dominus deus tuus. Sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper et scabrones mittet dominus deus tuus in eos donec deleat omnes atque disperdat. qui te fugerint et latere non poterint. Non timebis eos. quia dominus deus tuus in medio tui est: deus magnus et terribilis. Ipse consummet nationes has in conspectu tuo paulatim atque populos. Non poteris eas delere pariter: ne forte multiplicent contra te bestie terre. Dabitque eos dominus deus tuus in conspectu tuo: et interficiet il-

Mat. xxi. d
Mar. xii. c
Luc. x. c
B
I. c. c

I. c. d
Mat. xii. b
Luc. xii. b
E

Mat. xii. b
Luc. xii. b

D

A

Exod.

Exo. xxxi. i. xli. a
I. xli. a
I. xli. a
I. xli. a
B

Mat. xii. a
Luce. xii. a

Exo.

D

los donec penitus deleantur. Tradetq; reges
eor; in manus tuas: et disperdes noia eor; sub
celo. Nullus poterit resistere tibi: donec conte
ras eos. Sculptilia eor; igne cobures. Non co
cupisces argentu; et auru; de quibus facta sunt:
neq; assumes et eis tibi quicq;: ne offendas.
p;pterea quia abominatio est dñi dei tui: nec i
feres quippias ex idolo in domu; tuã. ne fias a
nathema sicut et illud est. Quasi spurciam de
testaberis: et velut inquinamentum: ac sordes
abominationi habebis: q; anathema est.

CL. S. Memorantur afflictiones. et beneficia
que receperunt in deserto.

Ca. VIII

O Sine mandatu; qd ego precipio tibi
hodie caue diligenter. vt facias vt pos
siris viuere et multiplicemini. ingressi
q; possideatis terrã p; qua iurauit do
minus patrib; v;stris. Et recordaberis cuncti
stineris per qd adduxit te dñs deus tuus qua
draginta annis p; desertum. vt affligeret te at
q; temptaret et nota fierent q; in tuo animo ver
sabantur. vtrũ custodires madata illi: an nõ?
Afflixit te penuria et dedit tibi cibum manna
qd ignorabas tu et patres tui vt ostenderet ti
bi. q; nõ in solo pane viuít homo. sed in oĩ ver
bo qd egreditur de ore domini. Vestimentum
tuum quo operiebaris nequaquam vetustate defe
cit. et pes tuus non est subtritus. En quadrage
simus annus est: vt recogites in corde tuo q; fi
cut erudit filiu; suũ homo. sic dñs de; tuus eru
dit te vt custodias madata dñi dei tui. et am
bules in vñs eius. et timeas eum. Dñs em; de;
tuus introducet te in terrã bonã: terram riuo
rum aquarumq; et fontium. in cuius campis et
montibus erumpũt flumino; abyssũ. terram fru
menti ordei ac vinearum in qua ficus et malo
granata et oliueta nascuntur terrã olei ac mel
lis: vbi absq; vlla penuria comedes panẽ tuũ.
et rerũ omnium abũdantia pfrueris. cui lapides
ferrum sunt. et de montibus eius cris metalla
fodiũtur. vt cum comederis et satiatus fueris
benedicas dño deo tuo p; terra optima quã de
dit tibi. Obserua et caue ne qñ obliuiscaris do
min; dei tui. et negligas mandata eius atq; iu
dicia et cerimonias quas ego precipio tibi hodie
ne postq; comederis et satiatus fueris domos
pulchras edificaueris et habitaueris in eis: ha
buerisq; aimenta bouũ. et ouium greges. argenti
et auri cunctarũq; rerũ copiam. eleuetur cor tuũ
et non reminiscaris dñi dei tui qui eduxit te de
terra egypti de domo seruitutis. et ductor tuus
fuit in solitudine magna atq; terribili in qua
erat serpens flatu adures et scorpio ac dipsas:
et nulle oĩno aque. qui eduxit riuos de petra du
rissima. et cibauit te manã in solitudine qd
nescierunt patres tui. Et postq; afflixit ac pba
uit. ad extremũ miserus est tui: ne diceres in
corde tuo. solitudo mea et robur manus mee
bec mihi oia pstituerunt. sed recorderis dñi dei
tui q; ipse vires tibi pbuerit. vt impleret pactũ
suum sup quo iurauit patribus tuis sicut p̄sens

indicat dies. Simantes oblitus domini dei tui
secutus fueris deos alienos. coluerisq; illos et
adoraueris. ecce nũc predico tibi q; omĩno dis
pereas. Sicut gentes quas deleuit dominus
in introitu tuo. ita et vos peribitis si inobediẽ
tes fueritis voci domini dei vestri.

CL. S. Reprimuntur victorie supbia: et memo
ratur culpa preterita. de vitulo adorato et mur
mure et sepulchris concupiscentie supra numes
ri. xi.

Capitulum IX

Audi israel. Tu transgredieris hodie
iordanem. vt possideas nationes ma
rimas et fortiores te ciuitates ingen
tes: et ad celum vsq; muratas popu
lum magnũ. atq; sublimẽ filios enacim q; s
ipse vidisti et audisti. quib; nullus potest ex ad
uerso resistere. Scies ergo hodie q; dominus
deus tuus ipse transibit ante te ignis deuorã
atq; cõsumens. q; cõterat eos: et deleat atq; dis
perdat ante faciẽ tuam velociter. sicut locutus
est tibi. Ne dicas in corde tuo cũ deleuerit eos
dñs deus tuus in conspectu tuo p;pter iusticiã
meam introduxit me dñs. vt terram banc pos
siderem. cũ p;pter impietates suas iste delete
sint nationes. Neq; enim p;pter iusticias tuas
et equitatem cordis tui ingredieris: vt posside
as terras earum. sed quia ille egerunt impie.
introcate te delete sunt: et vt compleret verbũ
suum dñs qd sub iuramento pollicitus est pa
tribus tuis abraam isaac et iacob. Scito ergo
q; nõ p;pter iusticias tuas dominus deus tuus
dederit tibi terras banc optimã in possessionẽ:
cum durissime ceruicis sis populus. Memẽto
et ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam pro
uocaueris dñm deum tuum in solitudine. et ex
eo die quo egressus es ex egypto vsq; ad locũ
istum semper aduersum dñm cõtendisti. Nam
et in oreb; puocasti eum: et iratus delere te vo
luit qñ ascendi in montem vt acciperem duas
tabulas lapideas pacti qd pepigit vobiscũ dñs:
et pseueravi in mote quadraginta diebus ac
noctibus. panem non comedens et aquam nõ
bibens. Deditq; mihi dñs duas tabulas lapi
deas scriptas digito dei. et cõtinentes omnia
verba que vobis locutus est in monte de me
dio ignis qñ cõtio ppli congregata est. Cumq;
trãssissent qdragita dies et toridẽ noctes: dedit
mihi dñs duas tabulas lapideas. tabulas fe
deris. Dixitq; mihi. Surge et descende hic cito.
q; pplis tuis quẽ eduxisti de egypto deseruerũt
velocitẽ viã quã demonstrasti eis. fecerũtq; sibi
pstatile. Rursũq; ait dñs ad me. Cerno q; pplis
iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt pterã eũ: et
deleã nomẽ eũ de sub celo. et pstatile te sup gen
tes q; hac maior et fortior sit. Cumq; de mote ardẽ
te descenderẽ. et duas tabulas federis vtrãq;
tenerẽ manu. vidissemq; peccasse vos dño deo
vstro. et fecisse vobis vitulu; pstatile ac deseruisse
velocitẽ viã eius quã vobis ostenderat. ptes
et tabulas de manibus meis. confregitq; eas

Amab. xij. f

Matth. iij. a
Luce. iij. a

Exo. xxxij. b

in conspectu vestro. Et prociidi ante dominum sicut prius quadraginta diebus et noctibus. panem non comedens: et aquam non bibens propter oia peccata vestra que gessistis contra dominum. et cum ad iracundiam provocastis. Timui enim indignationem et iram illius. qua adversum vos peccatus. delere vos voluit. Et exaudivit me dominus etiam hac vice. Adversum aaron quosque vehementer iratus voluit eum contere. et pro illo similiter deprecatus sum. Peccatum autem vestrum quod feceratis: id est vitulum arripis ens igne combussit. et in frustra comminans: oino quoque in pulverem redigens protecti in torrentem qui de monte descendit. In incendio quoque et in temptatione et in sepulchris concupiscentie provocastis dominum. et quando misit vos de cadefbarne: dicens. ascendite et possidete terram quam dedi vobis. et contempsistis imperium domini dei vestri: et non credidistis ei. neque vocem eius audire voluistis. sed semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cepi. Et iacui coram domino quadraginta diebus et noctibus quibus eum suppliciter deprecabar. ne deleret vos ut fuerat comminatus: et oras dixit. Domine deus ne disperdas populum tuum et hereditatem tuam quam redemisti in magnitudine tua quos eduxisti de egypto in manu forti. Recordare servorum tuorum abraham isaac et iacob. Ne aspicias duritiam populi huius et impietatem atque peccatum. ne forte dicant habitatores terre de qua eduxisti nos. non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis. et oderat illos. idcirco eduxit ut interficeret eos in solitudine qui sunt populus tuus et hereditas tua: quos eduxisti in fortitudine tua magna. et in brachio tuo extento.

CL. S. De secundis tabulis. de morte Aaron de ministerio villis parte fratribus leui. de timendo amandoque dominus qui circumcidant preputia cordium. peregrinos ament. per nomen dei iurent.

Exo. xxxiii. a

In tpe illo dixit dominus ad me. **X** Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt. et ascende ad me in montem. faciesque arcam ligneam et scribam in tabulis verba que fuerunt in his quas ante confregisti: ponesque eas in arca. **F**eci igitur arcam de lignis sethim. **L**uce dolasses duas tabulas lapideas instar priorum. ascendi in montem habens eas in manibus. **S**cripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat verba decem que locutus est dominus ad vos in monte de medio ignis. quando populus congregatus est: et dedit eas mihi. **R**emerfusque de monte descendit. et posuit tabulas in arcam quam feceram. que hucusque ibi sunt sicut mihi precepit dominus. **F**ilii autem israel moverunt castra ex beroth filiorum iachan in mosera. ubi aaron mortuus et sepultus est. pro quo sacerdotio functus est eleazar filius eius. **I**nde venerunt in gadgad: de quo loco precepti castrametati sunt in ietbabatba in terra aquarum atque torrentium.

Nu. xx. d

um. **E**o tempore separavi tribum leui. ut portaret arcam federis domini. et staret coram eo in ministerio ac benediceret in nomine illius usque in presentem diem. **Q**uamobrem non habuit leui partem neque possessionem cum fratribus suis. quia ipse dominus possessio eius est. sicut promisit ei dominus deus tuus. **E**go autem steti in monte sicut prius quadraginta diebus et noctibus. exaudivitque me dominus etiam hac vice: et te perdere noluit. **D**ixitque mihi. **U**ade et precede populum ut ingrediar et possideat terram quam iuravi patribus eorum. ut traderes eis. **E**t nunc israel quid dominus deus tuus petit a te: nisi ut timeas dominum deum tuum: et ambules in viis eius et diligas eum ac servias domino deo tuo: in toto corde tuo. et in tota anima tua. custodiasque mandata domini et ceremonias eius quas ego hodie precipio tibi ut bene sit tibi. **E**n domini dei tui celum est. et cælum celi. terra et omnia que in ea sunt. et tamen patribus tuis conglutinatus est dominus: et amavit eos: elegitque semen eorum post eos: id est vos de cunctis gentibus. sicut hodie comprobatur. **C**ircumcidite igitur preputium cordis vestri et cervicem vestram ne indueritis amplius. quia dominus deus vester ipse est deus deorum et dominus dominantium: deus magnus et potens et terribilis. qui personam non accipit nec munera. **F**acit iudicium pupillo et vidue. amat peregrinum et dat ei victum atque vestitum. **E**t vos ergo amate peregrinos. quia et ipsi fuistis advene in terra egypti. **D**ominum deum tuum timebis: et ei soli servies. **I**psi adhibebis: iurabisque in nomine illius. **I**pse est laus tua et deus tuus qui fecit tibi hec magnalia et terribilia que viderunt oculi tui. **I**n septuaginta annibus descenderunt patres tui in egyptum. et ecce nunc multiplicavit te dominus deus tuus sicut astra celi.

CL. S. De signis factis contra pharaones et egyptum. De datban et abyron. quia terra promissa non est sicut egyptum. de scribenda lege in cordibus: et pro signo in manibus. et inter oculos collocetur. de benedictione si custodierint mandata: maledictis si negligunt. **Ca. XI**

Ada itaque dominum deum tuum et observa precepta eius et ceremonias. iudicia atque mandata omni tempore. **E**ognoscite hodie que ignorant filii vestri qui non viderunt disciplinas domini dei vestri magnalia eius. et robustam manum extenditque brachium: signa et opera que fecit in medio egypti pharaoni regi et universae terre eius omni exercitui egyptiorum: et equis ac curribus quomodo operuerint eos aque maris rubri: cum vos persequerentur. et delerent eos dominus usque in presentem diem: vobisque que fecerit in solitudine donec veniretis ad hunc locum: et datban atque abyron filii eliab qui fuit filius ruben. quos aperto ore suo terra absorbit cum domibus et tabernaculis et universis

J. co.

S. vi. c

S. vi. b

S. vi. c

S. co.

S. vi. d

Josue. i.

S. vi. e

S. vi. f

sa substantia eorum quam habebant in medio israel. Oculi vestri viderunt omnia opera domini magna que fecit: ut custodiatis uniuersa mandata illius que ego hodie precipio vobis. et possitis introire et possidere terram ad quam ingredimini. multoque in ea viuatis tempore quam sub iuramento pollicitus est dominus patribus vestris: et semini eorum lacte et melle manantem. Terra enim ad quam ingredieris possidendam. non est sicut terra egypti de qua existis ubi iacto semine in hortorum morez aque ducunt irrigue: sed montosa est et capestris de celo expectans pluias: quam dominus deus tuus semper inuisit: et oculi illius in ea sunt a principio annorumque ad finem eius. Si ergo obedieritis mandatis meis que ego hodie precipio vobis. ut diligamini deum vestrum: et seruiatis ei in toto corde vestro et in tota anima vestra. dabit pluiam terre vestre tempaneam et serotinam ut colligatis frumentum et vinum et oleum fenugrecum et agris ad pascenda iumenta: et ut ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte decipiatur cor vestrum et recedatis a domino: seruiatisque diis alienis et adoretis eos iratusque dominus claudat celum et pluuie non descendant nec terra det germen suum. peatistisque velociter de terra optima quam dominus daturus est vobis. Pone te hec verba mea in cordibus et in ams vestris et suspendite ea pro signo in manibus. et inter oculos vestros collocare. Docete filios vestros ut illa meditentur. Quando sederis in domo tua et ambulaueris in via et accubueris atque surrexeris. scribes ea super postes et iannas domus tue ut multiplicentur dies tui et filiorum tuorum in terra quam iurauit dominus patribus tuis ut daret eis quam diu celum iminet terre. Si enim custodieritis mandata que ego precipio vobis: et feceritis ea ut diligamini deum vestrum: et ambuletis in omnibus viis eius adherentes ei. disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram et possidebitis eas que maiores sunt et fortiores vobis. Omnis locus quem calcauerit pes vester: vester erit. A deserto et libano et flumine magno eufrate usque ad mare occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum et formidinem dabit dominus deus vester super omnem terram quam calcaturus estis sicut locutus est vobis. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem et maledictionem: benedictionem si obedieritis mandatis domini dei vestri que ego hodie precipio vobis: maledictionem si non obedieritis mandatis domini dei vestri. sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis: et ambulaueritis post deos alienos quos ignoratis. Cum vero introduerit te dominus deus tuus in terram ad quam pergis habitandam. pones benedictionem super montem garisim maledictionem super montem bebal qui sunt trans iordanem. post viam que vergit ad solis occubitus in terra chananei qui habitat in capestribus contra galgalam que est iuxta vellem tendentem et iurantem procul. Vos enim transibitis iordanem ut possideatis terram quam dominus deus vester daturus est vobis: ut habeatis et possideatis illam. Videte ergo ut impleatis

cerimonias atque iudicia que ego hodie ponas in conspectu vestro.

¶ L. S. De destruenda idolatria. de decimis et primitiis. de manducando in loco quem dominus elegerit. De sanguine non comedendo. La. XII

Hec sunt precepta atque iudicia que facere debetis in terra quam dominus deus patrum tuorum daturus est tibi: ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris. Subuertite omnia loca in quibus colluerunt gentes que possessuri estis: deos suos super montes excelsos et colles et subter omne lignum frondosum. Dissipate aras earum et confringite statuas: lucos igne comburite et idola comminate. disperdite noia eorum de locis illis. Non facietis ita domino deo vestro: sed ad locum quem elegerit dominus deus vester de cunctis tribubus vestris ut ponat nomen suum: ibi et habitet in eo venietis et offeretis in loco illo holocausta et victimas vestras decimas et primitias manuum vestrarum et vota atque donaria primogenita bouum et ouium: et comedetis ibi in conspectu domini dei vestri ac letabimini in cunctis ad que miseritis manum vos et domus vestre. in quibus benedixerit vobis dominus deus vester. Non facietis ibi que nos hic facimus hodie. singuli quod sibi rectum videtur. Neque enim usque in presens tempus venistis ad requiem et possessionem quam dominus deus vester daturus est vobis. Transibitis iordanem et habitabitis in terra quam dominus deus vester daturus est vobis: ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum. et absque ulla timore habitetis in loco quem elegerit dominus deus vester ut sit nomen eius in eo. Illuc omnia que precipio conferetis holocausta et hostias ac decimas et primitias manuum vestrarum. et quicquid precipuum est in muneribus que vouistis domino. Ibi epulabimini coram domino deo vestro. vos et filii et filie vestre. famuli et famule. atque leuites qui in vestris urbibus commorantur. Neque enim habet aliam partem et possessiones inter vos. Cauete ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris sed in omni loco quem elegerit dominus in una tribuum tuarum. offeres hostias. et facies quecumque precipio tibi. Si autem comedere volueris et te eius carni delectauerit occide et comede iuxta benedictionem domini dei tui quam dedit tibi in urbibus tuis. siue imundus fuerit: hoc est maculatum et debile siue mundus hoc est integrum. et siue macula quod offerri licet: sicut capream et ceruum comedes absque esu dumtatat sanguinis quem super terram quam si aquam effundes. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti et vini et olei tui primogenita armentorum et pecorum. et omnia que voueris et sponte offerre volueris. et primitias manuum tuarum: sed coram domino deo tuo comedes ea in locum quem elegerit dominus deus tuus. tu et filius tuus et filia et seruus et famula atque leuites qui manent in urbibus tuis et letaberis et reficieris coram domino deo tuo in cunctis ad que extenderis manus tuam. La

B

L

I. co.
s. vi. cL
s. vi. b

s. it.

s. co.

Iosue. i. a

D

H

s. vii. a
Exo. xxxiij. b

B

L

b

I. xix. c

ue ne derelinquas leuitem in omni tempore q̄
 versar̄ in terra. Quādo dilatauerit dñs deus
 tuus terminos tuos sicut locutus est tibi: et vo-
 lueris vesci carnibus quas desiderat aīa tua.
 locus autem quem elegerit dñs deus tuus. vt
 sit nomē eius ibi. si procul fuerit. occides de ar-
 mentis et pecoribus que habueris sicut prece-
 pit tibi et comedes in oppidis tuis vt tibi pla-
 cet. Sicut comeditur caprea et ceruus: ita ve-
 sceris eis: et mund⁹ et immundus in commune
 vescentur. hoc solum caue ne sanguinem come-
 das. Sanguis em̄ coruz pro anima est: et idcir-
 co non debes animā comedere cum carnibus
 sed super terram fundes quasi aquam vt bene-
 fit tibi et filiis tuis post te. cuz feceris quod pla-
 cet in conspectu domini. Que autem sanctifica-
 ueris et voueris domino: tolles et venies ad lo-
 cum quem elegerit dñs: et offeres oblationes
 tuas carnem et sanguinē super altare domini
 dei tui. Sanguinē hostiarum fundes in altari
 carnibus autem ipse vesceris. Obserua et audi
 omnia que ego precipio tibi: vt bene sit tibi et fi-
 liis tuis post te in sempiternū cum feceris qd̄
 bonum est et placitum in conspectu dñi dei tui
 Quādo disperdiderit dñs deus tuus ante faci-
 em tuā gentes: ad quas ingredieris possiden-
 das et possederis eas atq; habitaueris in terra
 earū caue ne imiteris eas postq̄ te fuerint in-
 troeunte subuerse: et requiras cerimonias ea-
 rum: dicens. Sicut coluerunt gentes iste deos
 suos. ita et ego colam. Non facies similiter do-
 mino deo tuo. Omnis em̄ abominationes quas
 auersatur domin⁹. fecerunt dñs suis offerētes
 filios et filias et comburentes igni. Quod preci-
 pio tibi hoc tantum facito domino: nec addas
 quicq̄ nec minuas.

¶ L. S. De falso propheta. de persuadēte ido-
 latriā. de anathemate verbis p̄fidie. La. XIII

Si surrexit in medio tui propheta aut
 qui somniū vidisse se dicat. et predice-
 rit signū atq; portentū. et euenerit qd̄
 locutus est: et dixerit tibi. eam⁹ et seq̄-
 mur deos alienos quos ignoras et seruiamus
 eis. nō audies verba prophete illius aut som-
 niatoris. quia temptat vos dñs deus vester: vt
 palā statytrū diligatis eū an non in toto corde
 et in tota anima vestra. Dñm deū vestrū sequi-
 mini et ipm̄ timeate: et mandata illius custodite
 et audite vocem eius. Ipsi seruietis. et ipsi adbe-
 rebitis. Propheta aut̄ ille aut fictor somniorū in-
 terficietur q̄ locutus est vt vos auerteret a do-
 mino deo vestro qui eduxit vos de terra egypti:
 et redemit vos de domo seruitutis. vt erra-
 re te faceret de via quā tibi precepit dñs deus
 tuus: et auferes malū de medio tui. Si tibi vo-
 luerit persuadere frater tu⁹ filius matris tue:
 aut fili⁹ tuus vel filia siue vxor que est in sinu
 tuo: aut amicus quez diligis vt animā tuā clam-
 dicens: eam⁹ et seruiam⁹ dñs alienis quos igno-
 ras tu et patres tui cunctarum in circuitu gen-
 tum que iuxta vel procul sunt ab initio vsq; ad

finem terre. non acquiescas ei nec audias: nes-
 q; parcat ei oculus tu⁹ vt miserear̄ et occultes
 eum: sed statim interficies. Sit primū manus
 tua super euz: et post te omnis popul⁹ mittat ma-
 num. Lapidibus obrutus necabitur: quia volu-
 it te abstrahere a domo deo tuo qui eduxit te
 de terra egypti de domo seruitutis: vt et omnis
 israel audiens timeat et nequaquā vltra faciat
 quippiam huius rei simile. Si audieris in vna
 vrbū tuaruz quas domin⁹ de⁹ tuus dabit tibi
 ad habitandū dicētes aliquos. Egressi sunt fi-
 lii belial de medio tui. et auerterūt habitatores
 vrbis tue atq; dixerūt. eam⁹ et seruiam⁹ dñs as-
 lienis quos ignoratis. quere sollicitē et diligē-
 ter rei veritate perspecta si inueneris certū es-
 se quod dicitur. et abominationē hanc opere p̄-
 petratā. statim percutes habitatores vrbis il-
 lius in ore gladii: et delebis eam: oīaq; que in il-
 la sunt vsq; ad pecora. Quicquid etiā suppel-
 ctilis fuerit: congregabis in medio platearum
 ei⁹: et cum ip̄a ciuitate succēdes. ita vt vniuersa
 cōsumas dño deo tuo. et sit tumult⁹ sempitern⁹
 Non edificabis amplius et non adhibebit de il-
 lo anathemate quicq̄ in manu tua. vt auertat
 domin⁹ ab ira furoris sui. et misereat tui. multi-
 plicetq; te sicut iurauit patrib⁹ tuis quando au-
 dieris vocem dñi dei tui custodiēs omnia prece-
 pta eius que ego precipio tibi hodie: vt facias
 quod placitum est in cōspectu dñi dei tui.

¶ L. S. De nō imitando ritū gentiū sup mor-
 tuo. de aīalibus mundis et immundis ad esus
 bedū i lacte matr̄. de decimis v̄dēdis. XIII

Alij estote dñi dei vestri. Non vos in-
 cidetis nec facietis caluitium super
 mortuo qm̄ populus sanctus es dño
 deo tuo et te elegit vt sis ei in populū
 peculiarē in cunctis gentib⁹ que sunt sup ter-
 ram. Ne comedatis que imunda sunt. Hoc est
 animal quod comedere debetis bouem et ouē
 et capram. ceruū et capreā. bubaluz tragelaphū
 pygargū orygem camelopardatū. Omne aīal
 quod in duas partes findit vngulā et ruminat
 comedetis. de his autē que rumināt et vngulaz
 non findūt: hec comedere nō debetis camelū:
 leporē cyrogrillū: quia rumināt et non diuidūt
 vngulā imunda erunt vobis. Hus q; quonias
 diuidit vngulā et non ruminat: imūda erit Car-
 nib⁹ eoz nō vescemini: et cadauera nō tanget̄
 Hec comedetis ex oībus que morantur i aq̄s.
 Que habent pēnulas et squamas comedite q̄
 absq; pennulis et squamis sunt. ne comedatis
 quia imūda sunt. Omnis aues mūdas comedite:
 imundas ne comedatis. aquilam scilicet et
 griphem et balyetū. fron et vulturē ac miluū iux-
 ta genus suū: et omne coruinū i generē: et strutio-
 nem ac noctuā et larū atq; accipitrē iuxta gen⁹
 suū: herodiū ac cygnū et ibin ac mergulum por-
 phirionē et nycticozacē. onocrocalū et caradriū
 singula in genere suo: ypupā q; et vespertilionē
 et omne quod reptat et pennulas: habet immū-
 dum erit et non comedetur. Omne quod mun-

Eco. xxiij. c
L. xxxij. dS. viij. l
xxvij. d
L. c.

S. xxvij. b

L

dum est comedite. Quicquid autem morticinum est: ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est. da ut comedat aut vende ei. quia tu populus sanctus domini dei tui es. Non coques bedum in lacte matris sue. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos: et comedes in conspectu domini dei tui. in loco quem elegerit ut in eo nomen illius inuocet. decimam frumenti tui et vini et olei et primogenita de armentis et ouibus tuis ut discas timere dominum deum tuum in omni tempore. Cum autem longior fuerit via et locus quem elegerit dominus deus tuus tibi: quod benedixerit: nec poteris ad eum bec cuncta portare vendens omnia et in precium rediges. porta bisque manu tua et proficisceris ad locum quem elegerit dominus deus tuus et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit siue ex armentis siue ex ouibus vinum quoque et ficeram. et omne quod desiderat anima tua: et comedes coram domino deo tuo. et epulaberis tu et domus tua. et leuita qui intra portas tuas est. Laue ne derelinquas eum. quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus que nascuntur tibi eo tempore et repones intra ianuas tuas. venietque leuitus qui aliam non habet partem nec possessionem tecum. et peregrinus ac pupillus et vidua qui intra portas tuas sunt et comedent et saturabunt: ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum que feceris.

CL. S. De remissione anni septimi: de seruo hebreo vendito et ancilla. de sanctificatione et opere et esu et macula primogenitorum. **Ca. XV**

Septimo anno facies remissionem que hoc ordine celebrabis. Cum debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo repetere non poterit. quia annus remissionis est domini. A peregrino et advena eriges ciuem et propinquum repetendi non habebis potestatem. Et oino indigens et mendicus non erit inter vos. ut benedicat tibi dominus deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem: si tamen audieris vocem domini dei tui: et custodieris vniuersa que iussit. et que ego hodie precipio tibi: benedicet tibi ut pollicitus est. Fenerabis gentibus multis et ipse a nullo accipies mutuū. Dominaberis nationibus plurimis et tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tue in terra quam dominus deus tuus daturus est tibi. ad paupertatem deuenerit. non obdurabit cor tuum. nec contrahes manum sed apies eam pauperi et dabis mutuū. quod eum indigere prosperet. Laue ne forte subrepat tibi impia cogitatio et dicas in corde tuo appropinquat septimum annum remissionis: et auertas oculos tuos a paupere fratre tuo. nolens ei quod postulat mutuū. commodare. nec clamet contra te ad dominum et fiat tibi in peccatum: sed dabis ei. Nec ages quod peccatum callide in eum: nec ita subleuabis ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere. et in cunctis ad quod ma-

num miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tue. idcirco ego precipio tibi ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi: qui tecum versat in terra. Cum tibi venditus fuerit frater tuus hebreus aut hebreus et sex annis seruerit tibi. in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris nequaquam vacuū abire patieris. sed dabis viaticum de gregibus et de area et torculari tuo quibus dominus deus tuus benedixerit tibi. Memento quod et ipse seruerit in terra egypti: et liberauerit te dominus deus tuus. et idcirco ego nunc precipio tibi. Si autem dixerit. nolo egredi eo quod diligat te et domum tuam. et bene sibi apud te esse sentiat. assumes subulam et perforabis aures eius in ianua domus tue et seruet tibi usque in eternum. Ancille quoque similiter facies. Non auertes ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos: quoniam am iurta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi. ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus que agis. De primogenitis que nascuntur in armentis et ouibus tuis. quicquid est serus masculini sanctificabis domino deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis et non tondebis primogenita ouium. In conspectu domini dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus: tu et domus tua. Si autem habuerit maculam. et vel claudum fuerit vel cecum: aut in aliqua parte de forme vel debile. non imolabitur domino deo tuo sed intra portas urbis tue comedis illud. et mundus qui immundus similiter vescentur eis quasi caprea et ceruo. Hoc solum obseruabis ut sanguinem eorum non comedas. sed effundes in terram quasi aquam.

CL. S. De immolatione pasche: et non in quolibet loco de alijs duabus solennitatibus hebdomadarum et tabernaculorum. de iudicijs constituedis in portis. et quod non accipiat personam et mueram. de loco et statua non faciedis. **Capitulum XVI**

Obserua mensem nouarum frugum et verni primum temporis ut facias pascha domino deo tuo. quonia in isto mense eduxit te dominus deus tuus de egypto nocte. Immolabisque pascha domino deo tuo de ouibus et de bobus in loco quem elegerit dominus deus tuus. ut habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem. quoniam in pauore egressus es de egypto. ut memineris diei egressionis tue de egypto omnibus diebus vite tue. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septem diebus. et non remanebit de carnibus eius. quod imolatus est vespere. in die primoque mane. Non poteris immolare pascha in quibus urbiu tuarum quos dominus deus tuus daturus est tibi. sed in loco quem elegerit dominus deus tuus: ut habitet nomen eius ibi. Immolabisque pascha vespere ad solis occasum quoniam egressus es de egypto et coques et comedes in loco quem elegerit dominus deus tuus. manebitque surgens vades in ta-

L
Exod. xxi. a
Die. xxxiii. c

D

S. xij. c

A

B

L
Eco. xxiij. c
L. xxxiii. d

D

A

S. xvij. b

B

Deuteronomium

bernacula tua. Set diebus comedes azyma: et in die septima. qz collecta est dñi dei tui. nō facies opus. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die q̄ falcem in segetē miseris. et celebrabis diem festū hebdomadarū dño deo tuo oblationem spontaneam manus tue. quā offeres iuxta benedictiones dñi dei tui. et epulaberis corā dño deo tuo. tu et filius tuus et filia tua et seru⁹ tuus et ancilla tua. et leuitēs q̄ est intra portas tuas. et aduena ac pupillus. et vidua q̄ morantur vobiscum in loco quem elegerit dñs deus tu⁹. vt habitet nomen eius ibi: et recordaberis quoniam seruus fueris in egypto. custodiasqz ac facies que tibi precepta sunt. Solēnitatem qz tabernaculorum celebrabis per septē dies quādo collegeris de area et torculari fruges tuas. et epulaberis in festiuitate tua tu et fili⁹ tuus et filia et seruus tu⁹ et ancilla. leuitēs qz et aduena et pupillus. et vidua que intra portas tuas sunt. Septē diebus dño deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus. benedicetqz tibi dominus deus tuus i cunctis frugibus tuis et in omni opere manuum tuarum. erisqz in leticia. Tribus vicib⁹ per annū apparebit omne masculinum tuum in p̄spectu domini dei tui in loco quē elegerit in solēnitate azymorum: et in solēnitate hebdomadarum: et in solēnitate tabernaculorum. Non apparebit ante dominum vacuus: sed offeret vnusquisqz s̄m q̄ habuerit iuxta benedictionem domini dei sui quā dederit ei. Iudices et magistros cōstitues in omnibus portis tuis quas dominus deus tu⁹ dederit tibi per singulas tribus tuas et iudicent populum iusto iudicio nec in alterā partem declinent. Non accipies personas nec munera. quia munera excecant oculos sapientum. et mutant verba iustorum. Iuste qz iustū est persequaris. vt viuas et possideas terram quam dominus deus tu⁹ dederit tibi. Nō plātabis lucū et oēs arborē iuxta altare dñi dei tui nec facies tibi atqz cōstitues statuam que odit dominus deus tuus.

¶ De hostia bñte maculā de pena idolatrie de difficultate iudicij. de pena inobediētie de elctōe regis. de religione ipsius. Ca. XVII

Non imolabis dño deo tuo boues aut oues: i q̄ est macula aut quippiā vitij. q̄a abominatio est dño deo tuo. Cūqz repti fuerint apud te intrā vnā portarū tuarū q̄s dñs de⁹ tuus dabit tibi. vir aut mulier q̄ faciant malū i p̄spectu dñi dei tui: et trāsgrediant pactū illius vt vadāt et seruiāt dijs alijs n̄isqz et adorent eos solē et lunā et oēm militiā celi q̄ nō p̄cepit. et hoc tibi fuerit nūciatū. audiens inq̄sieris diligenti et vez esse repereris. et abominatio facta est in israel educes virū ac mulierem qui rez sceleratissimam ppetrarunt ad portas ciuitatis tue: et lapidibus obuēnt. An ore duorū aut triū testiū pibit q̄ i terficiet. Nemo occidatur: vno cōtra se dicēte testimonij. Danus testium prima interficiet eum. et

manus reliqui populi extrema mittetur vt auferas malum de medio tui. Si difficile et ambiguum apud te iudiciū esse p̄pexeris iter sanguinē. et sanguinē causā et cām. leprā et nō leprā et iudiciū intra portas tuas videris verbavari: surge et ascende ad locum quem elegerit dñs deus tuus. veniesqz ad sacerdotes leuitici generis. et ad iudicē q̄ fuerit illo tēpore: queresqz ab eis: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. et facies quodcumqz dixerint qui p̄sunt loco quem elegerit dñs et docuerint te iuxta legē eius: sequerisqz s̄niam eorū. nec declinabis ad dexteram neqz ad sinistrā. Qui autē supbierit nolēs obedire sacerdotis imperio qui eo tēpore ministrat dño deo tuo. et decreto iudicis morietur homo ille. et auferes malū de israel. cunctusqz pplus audiens timebit vt nullus deinceps intumescat supbia. Cum ingressus fueris terrā quam dñs deus tuus dabit tibi. et possederis eam: habitauerisqz in illa et dixeris. cōstituiam sup me regem sicut habent omēs p̄ circuitum nationes. eum constitues quē dñs de⁹ tuus elegerit de numero fratrum tuorū. Non poteris alterius gentis boiem regem facere qui non sit frater tuus. Cūqz fuerit cōstitutus. nō multiplicabit sibi equos. nec reducet pplm in egyptum equitatus numero subleuatus: p̄sertim cū dñs p̄ceperit vobis vt nequaquā ampli⁹ p̄ eandē viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas q̄ alliciant animū eius. neqz argenti et auri immensa pondera. Postq̄ autē sederit i solio regni sui. describet sibi deuteronomium legis hui⁹ in volumine: accipies excolar a sacerdotibus leuitice tribus et habebit secus legetqz illud oibus diebus vite sue. vt discat timere dñm deum suū. et custodire verba et ceremonias eius q̄ in lege p̄cepta sunt. Nec eleuetur cor eius in supbiam sup fratres suos. neqz declinet in ptem dexteram vel sinistrā. vt longo tpe regnet ipse et filij eius sup israel.

¶ De nulla parte leui dedita. de pre ip̄sus false. p̄pbe. de sacrificijs q̄ leuita vbiqz ministrat libere et partes accipiat ciborū de iustratione filiorū et augurio. de p̄p̄sa suscitando. de ludibrio.

Non habebunt sacerdotes et leuite. et omnes q̄ de eadem tribu sunt: p̄tes et hereditates cū reliquo populo israel: qz sacrificia dñi et oblationes eius comedent et nibil aliud accipient de possessione fratrum suorū. Dñs enim ipse est hereditas eorū sicut locut⁹ est illis. Hoc erit iudiciū sacerdotū a populo: et ab his q̄ offerunt victimas siue boiem siue ouem imolauerint dabunt sacerdoti armū ac ventriculū: primitias frumenti vini et olei et lanarū ptem et ouiu tonfione. Ip̄m enim elegit dñs de⁹ tuus de cunctis tribub⁹ tuis vt stet et ministret noi dñi dei tui ipse et filij ei⁹ in sempiternū. Si erit leuitēs et vna vbiū tuarū et oī israel in qua habitat et voluerit venire desiderās locū quē elegerit dñs ministrabit.

Exod. xxiij. b.
et xxiiij. c.
Ecc. xxxv. a.

Exod. xxxij. a.
Ecc. xx. d.

Mat. xvij. b.
Job. viij. c.
1. Cor. xij. a.

Debe
i. Abi

s. v. d.

T. xvij.

Exo. xx. c.

d.

Leu. d.
Iuxta. b.
Iosue. xx.

Num. xvij.

s.

Leu.

In noie dñi dei fut: sicut omis fratres ei⁹ leuite qui stabūt eo tēpore corā dño. Partē cibor ean dem accipiet quā ⁊ ceteri: excepto eo qd̄ i vide sua et paterna ei successione debet. Quādo in gressus fueris terrā quā dñs deus tu⁹ dabit tibi: caue ne imitari velis abominatōes illarū gē tium: nec inuenias in te q̄ lustret filiū suū: aut filiā ducens per ignē: aut q̄ ariolos sciscitetur aut obseruet somnia. atq; auguria: ne sit male ficius: nec incantator: neq; pbitones consulat: nec diuinos ⁊ q̄rata mortuis veritates. Omnia em̄ dec abominat̄ dñs. ⁊ ppter istiusmodi scelera delet eos in introitu tuo: pfectus eris ⁊ absq; macula cū dño deo tuo. Bentes iste q̄rū possidebis terrā. augures ⁊ diuinos audiūt tu aut a dño deo tuo aliter institut⁹ es. Propbetā de gente tua ⁊ de fratrib⁹ tuis sicut me suscita bit tibi dñs deus tuus: ipm̄ audies vt petisti a dño deo tuo in oreb. quādo cōrio ⁊ gregata est atq; distitit. Ultra nō audia vocem dñi dei mei ⁊ ignē hunc maximū ampli⁹ nō videbo ne moriar. Et ait dñs mibi. Bene oīa sunt locuti. Propbetā suscitabo eis de medio fratru⁹ suorū simi lem tuū. ⁊ ponā verba mea in ore ei⁹. loquetur q; ad eos oīa que precepero illi. Qui autē verba eius que loquet in noie meo audire noluerit egovltor existā. Propbeta autē qui arrogātia depauiat⁹ voluerit loqui in noie meo que ego nō precepi illi vt diceret: aut ex noie alienorū deorū interficiet. q̄ si tacita cogitat de respon deris. quō possum intelligere p̄bus qd̄ dñs nō est locutus. hoc habebis signū. Quod in noie dñi propbeta ille p̄dixerit ⁊ non euenerit. hoc dñs nō est locutus: sed per timorē animi sui p̄ pbeta confinit. ⁊ idcirco nō timebis eum.

CL. S. De homicida fugiente de trib⁹ ciuitatib⁹ refugij. de terris nō transferendis. de falso teste nō misereberis ei⁹. s; aiaz. p̄ aia. Ca. XIX
